









*Q. D. B. V.*  
DISSERTATIO THEOLOGICA  
*De*  
NOVIS BIBLIORUM  
**VERSIONIBUS**  
**GERMANICIS**  
NON TEMERE  
**VULGANDIS**

C. E. Trilleri & J. H. Reizii  
rationes potissimum sub examen vocans  
*ex auctoritate & consensu*  
*MAXIME VENERANDI*  
**COLLEGII THEOLOGICI**  
**PRO LICENTIA**  
**IMPETRANDI PRIVILEGIA DOCTORALIA**

Publicæ Disquisitioni

*in*  
**ALMA NORIBERGENSIVM ALTDORFINA**

*d. XII. Aprilis*

*exposita*

**GUSTAVO GEORGIO ZELTNER**  
S. Theol. & LL. OO. Prof. Publ. Ord. Altdorf.  
ac V. D. M.

---

*ALTDORFI*  
LITERIS JODOCI WILHELMI KOHLESIS,  
A.C. MDCCVII. *uf*



BIBLIOTHECA  
GERMANICA  
COLLEGIA HISTORICA  
VITAE VINDI PRIVILEGI DODICARIENSIS  
VITAE NORIBERGENSIS ET TUDORUM  
GOTHICAE GESTA  
AD 1510. 1511. 1512.  
1513.



## Præfamen.



*Xhiberi hac dissertatione Tibi vides, B. L.  
de Vers. Nov. Libr. Script. S. German. Ling.  
sive contextis sive adornandis judicium, non  
omnino, fateor, perfectum, neque defacatum,  
multoque minus dictatorum; sed quod Disp.  
Inaugur. materiam præbere posset, examini, ut fieri consue-  
vit, subjiciendum. Dabis igitur veniam, ssea, qua par erat  
solertia elaboratum non sit nec demorsos sapere unguis Tibi  
fortassis videatur. Neque enim vel temporis spatum per  
labores Academ. Eccles. catenatos sufficiens recognitioni &  
singularum partium iter atque perlustrationi, sicut optaveram-  
mus, præsto fuit, neque etiam, si locus illi fuisset, eodem  
commodo per valetudinem uti licuisset. Proinde censoriam  
non subterfugio virgulam, dummodo ea, quam & ipse in  
aliis censendis pro virili adhibui, modestia & equitate  
mibi contingat frui. Cæterum cur id ipsum, aliis sepositis, ele-  
gerim argumentum, in causa fuit altum & in universum  
prope omnium de eo silentium, cum tamen, ubi iisdem nuper  
aliisque auditoribus. quibus Vers. Novas debemus, non-  
nulla saltim Lutheri Translat. loca castigata fuissent &  
obelo notata, ingenti animorum motu ac contentione pro  
Lutherò pugnatum sit atque decertatum; nisi forte in officinis  
Eruditorum adhuc hærent ac delirescant expolienda & li-  
matius posthac e-vulganda opuscula. Sed alia quoque præ-  
ter hanc, ut arguento bujusmodi considerando me accin-  
gerem, impulit ratio: Fama nimirum Academiæ patriæ  
male volorum obtrectationibus lacestæ, qualitercunque vin-*

dicanda studium & desiderium, cui satisfacere haud equidem me posse facilius existimat veram, quam si justam B. Lutheri Venerationem & Doctrinæ in Vers. Bibl. ab eo expressæ atque Aug. Vindel. publica confesione animosaque adhuc defensione comprobata integratatem ut servemus, curæ etiamnum cordique nobis esse, post alia specimina complura, & nos demonstratum daremus. Quod reliquum est, noli cogitare O. L. suspicionibus me plus æquo indulsisse in ipsa Dissert. meis, quando periculorum ex hisce conatibus magnitudinem majorem in modum exaggerari animadvertis, quandoquidem nec omissas fuisse formidinis haud injustæ caussas deprehendes, neque etiam, siue antiqua Ecclesie fata, siue præsentem Illius faciem intuearis, de summa rei atque Veritatis diuinæ certissima, nisi discrimini occurratur, jactura his rebus agi, inficias ire poteris; multo autem minus, ubi tutiorem saltim viam ad avertenda ab Ecclesia incommoda monstrari videas, indignaberis; nisi forte facta ex evenitu probanda esse, Poëta improbante, non satis providus arbitrere. Hæc fuerant, de quibus in præfamine monendum eras, L., neque quidquam superest, nisi ut pro salute Ecclesie Christi & Veritate cœlesti intemerata conservanda vigiles & supplicibus tecum Deum fatiges precibus; quod dum facies, ut credo rogoque, strenue ac indefesse, hac interim qualicunque opella fruere & Vale.

DIS-



## CAP. I. Historicum

seu

*Bibliorum Germanicorum diversas Editiones Lu-  
theranam emulantes Recensens.*

I.



Uia fide quave industria, quibus adjutoribus, quo  
denique successu arduum profecto & salutare  
Ecclesiae Christi universæ opus translationis Bi-  
bliorum sacrorum in vernaculam nostram ex  
ipsis fontibus deductæ confecerit Divino instin-  
tu excitatus & auxilio quoque suffultus B. Lu-  
therus, nihil cauſe est, cur pluribus enarreremus ; Posteaquam &  
ab ipso in literis vom Dolmetschen Tom. V. Jen. fol. 140. seqq. &  
alias quoque in Epistolis ab Aurifabro aliisque editis ut & Discipulo  
Eiusdem haud degenere Johanne Mathesio Conc. de Vita Lutheri  
in primis XIII. abunde ea de re dictum est : Quibus tum alii vitæ  
Megalandri scriptores, tum etiam post ductas a quibusdam brevi-  
ores lineas incliti Theologi Joh. Frid. Mayeri plena Historia Vers.  
Bibl. D. Martini Lutheri accessit. A. C. 1701. in 4to Emendandis qui-  
busdam, ita enim inscriptio habet, a Joh. Melch. Kraftio Päst. in  
Duc. Slesw. Austro-Stapulensem diligentissimo, adornatis & 1705.  
4to Sleswici excusis correcta eodemque anno breviori schedias-  
mate tit. *Kurze und eylfertige Nachricht von den Bibli-  
schen Exemplaribus Lutheri a M. Augusto Bosselt Diac. Zittav.  
stipata ; Ante quas opellas de Versione B. Lutheri Germanica con-*

A

tro-

troversias quasdam recentiores examinans Disputatio Rostochi  
Autore Dn. Zacharia Gratio sub Celeberrimi Dn. D. Joh. Fechtii  
præsidio A. 1698. prodierat, ut omittam plura alia, cum primis ea,  
quæ occasione observationum Franckianarum recentissime vulga-  
ta passim scripta Eristica huc quodammodo respiciunt, de quibus  
laudatus Grapius ex instituto differit.

II. De studio certe accurritatis summo, quo in isthoc Vir  
optimus sit versatus labore, vel sola nos confirmabunt verba, quæ  
literis paulo ante citatis occasione vocabuli SOLA ad Rom. III.  
usurpati scripta occurruunt, notatu dignissima: Ich hab mich des  
gesiehen im Dolmetschen / daß ich rein und klar deutsch ge-  
ben mögte. Und ist uns wol oft begegnet / daß wir 14. Tag/  
z. oder 4. Wochen haben ein einiges Wort gesucht/ habens  
dennoch zuweilen nicht funden. Im Hiob erbeiten wir al-  
so M. Philips / Aurogallus und ich / daß wir in 4. Tagen zu-  
weilen kaum 3. Zeilen künften fertigen. Lebets/nun es ver-  
deutscht und bereit ist / kanns ein jeder lesen und meistern/  
laufft einer jetzt mit den Augen durch 3. oder 4. Blätter/  
und stößt nicht einmal an / wird aber nicht gewar / welche  
Wacken und Klöße da gelegen seyn / da er jetzt überhingehet  
wie über ein gehöfft Bret / da wir haben must schwizzen  
und uns ängsten/ehe denn wir sol her Wacken und Klöße aus  
dem Wege räumeten. Es ist gut pflügen / wenn der Acker  
gereinigt ist sc. ad querelas de ingratitudine mundi attinentia.  
Hissi addideris, quæ Mathesius loco cit. optima fide testatur con-  
sultos nempe a Luthero fuisse singulari industria. Seniores cives ut  
propria ab illis vocabula disceret & jussas aliquot mactari oves ut  
a lanionibus singulas partes animalium nomine suo compellari au-  
diret ac denique non viros modo hebraice doctos Christianos, sed  
etiam Judæos (nam & *bos conduxisse optimum Lutherum & aliisse*  
*propter hanc ipsam caussam* Franzius ait de Interpr. Script. Praef.  
p. 21.) in consilium fuisse adhibitos nihil dubitandi de cura in tantum  
opus impensa caussæ supererit, etiamsi prætermittamus recognitio-  
nenem diligentissimam post Biblicos libros particulatim antehac edi-  
tos

tos in jungenda totius corporis compage A. 1534. & 1535. suscepitam iterumque A. 1541. & 1542. non minori labore Ipsius Lutheri studio repetitam atque 1545. denuo revisam de qua aliisq; editionibus seu impressionibus pluribus supra laudatus Kraftius differit & alias quoque in vulgus constat ad fata usque Thavmasiandri Georgii præsertim Rorarii opera, dum viveret, & post quam vivere etiam desierat, in perficiendo opere mautissimisque etiam mendis tollendis fuisse laboratum.

III. His tamen non obstantibus, ut sunt hominum mores varii & ad censuram aliorum plerumque propensiores interdum quoque animi livore neque post fata quiescente aut sui amore intemperantius duicti, factum est, ut superstite etiam Luthero multoque impudentius eodem vita pie A. 1546. defuncto in hos labores grassati sint suo arbitratu innumerari, quibus partim ipse præcipue iniquius de vocabulo *alleine* ex lingua Germanorum indole usurpato, sentientibus vindicias opposuit jam ante laudatas; partim vero alii felicissimi interpretis causam vel defendendo illum vel si opus fuerat excusando strenue egerunt; Quemadmodum ex Pauli Crel Ilii, Alberti Westphali, Jacobi Andreæ &c; antiquioribus, recentioribus vero Balthasaris Raithii, Michaëlis Beringeri, Georgii Grossenhahn / Joh. Musæi & aliorum pro Lutheru scriptis, quæ typis expressa sunt & Jesuitarum plerunque, nominatim Zangeri, Holzhayi Erbermanni &c. maledicentia opposita, perspicere licet, ut recentissimas, quanquam modestiores super observationibus Biblicis lites exortas motasque & hucusque ventilatas controversias prætermittamus.

IV. Omnia petulantissimi jure optimo visi sunt, qui, cum exasciatissimis & ad genium linguae nostræ feliciter nitideque, pro ea qua pollebat Lutherus germanicæ linguae facultate expressis laboribus uti fruique potuerint neque etiam a modestis dissensionibus publice quoque exponendis tum Ecclesiæ tum Eruditio Orbi prohiberentur, tamen telam istam auspicato coepitam textamque retexere atque denuo ordiri, quam pertexere, quod satius fuerat, maluerunt de integro Versiones plane novas contemta vel posthabita

Lutheri translationē componentes atq; ab eodem dedita opera nūlla sēpius sententiarum diversitate urgente discedentes ; Cui sa to quanquam universē Scripturā volumina, Novum tamen Testamen tum potissimum sūt obnoxium, quanquam ab ipso Lutherō A. 1522. inter primos Scripturā libros frequentius quippe manibus etiam terendum, fuerit germanica lingua mira solicitudine donatum dilig entiusque & sēpius recusum atque ab ipsomet expolitum.

V. Primus sive maledicentia studio, sive invidia impulsus, impunitissimus certe, non tamen sine prætextu & ut videri voluit, justo titulo id sibi negocium datum putavit Hier. Emserus (Luther der Sudler dictus,) SS. Th. Lic. & Prof. Lips. Georg. Duc. Sax. Luth. ut notum est, infensissimo percharus. Is enim, postquam Principis de reliquo non contemnendi fervore & Henr. Angliæ R. instinctu proscriptis Lutheri libris & ipsa inter hos N. T. interpretatione recens edita, plurimis quoque Lipsia in exilium pulsis interque hos motus Bibliopola etiam quodam in fore capite truncato, nihil profectum erat, ut in Vita Georgii a G. Arnoldo Giessae edita pluribus legere est, partim notis ad Lutheri versionem d. 21. Sept. 1523. Lips. germ. lingua excusis, horrida dialecto & præmissis admodum insulsi rhythmis risum Lutherō moventibus, præfatione insuper præfixa secommatum & calumniarum plenissima, Lutherō obstrepere fatigit, partim cum Lutherus solide ea discussisset frigidamque ille epicrisia reposuisse, novam post hæc versionem N. T. maxima tamen parte ex Lutheri versione exscriptam A. 1527. compilavit & Dresdæ in fol. eodem anno ( quo & obiisse Emserum §. Nov. Epitaphium ejus fidem facit,) imprimi curavit, Diplomate Georgii Ducis in Lutherum & ejus asseclas contumeliosissimo mutatam. Cujus Exempla cum raptim distraherentur mox illam exceptit Lipsiensis alia editio in 8vo repetita ( forte occasione Luthe ranæ A. 27. iterum procurata ) sed multis locis mutata & nescio quo Auctore interpolata ac syllabo seu catalogo errorum Lutheri in altera illa edit. A. 27. commissorum aucta cauſamque inter alias dissensus e Lutherō præcipuum castitatis & pudoris ab eo neglegit stolidē prætendens; quæ ut a Lutherō censura indigna fuerint

omnia

omnia habita ex Epist. supra laudata; totam vero versionis hujus Historiam ex Seckendorfii Historia Lutheranissim Lib. I. Sectio §z. §. 127. & additione I. atque Kortholti de Scriptura editionibus Cap. XXV. §. 17. seqq. in compendio, si voluere est legere, cognosces.

VI. Quam crassis vero erroribus, ubi ex Vulgata de suo Emserius interpretem egerat, scutuit isthac versio, quamvis manifestum, ubi aliena surripuerat, plagiū fuit, ita tamen in precio habuere Pontificii illud N. T., ut sepius typis subjicerent Coloniensibus praesertim, ubi iteratam ejus editionem A. 1529. procuravit notissimus D. Joh. Dietenberger idemq; nova Lutheri Emserique emulatio ad Vet. quoque Testamentum in vernacularm nostram transstanden dum se accinxit, Vulgatae tamen ductum ubique & ipse fecutus, interdum etiam Wormatiensibus Bibliis, de quibus inferius, usus, adeo denique fontem Hebraeum non respiciens, ut ne legere quidem se istum valuisse ipsemet cordate ac publice in prima dedicat, fassus sit & sine tergiversatione. Prodiit illius editio prima A. 1634. teste in Proleg. Bibl. III. Calovio, cui editioni haud dubie ad imitationem itidem Wormatiensium Germ. bibl. edit. Epistola quoque ad Laodicenses inserta est; In editione sane Colon. 1560. arque posterioribus aliis inter Epistolam ad Hebr. & Jacobi comparet. Quanta vero fuit & hujus in describendo Luthero audacia tanta in eodem proterve exagitando apparet petulantia, quam in Praefationibus Annotationibusq; Libris Mosaicis praeципue adjectis, editionum quae extant in fol. Antiquiorum, exercuit; quanquam in Exemplaribus posterioribus, quale & ego possedeo Moguntinum A. 1617. in gvo scommata illa sive parvula sive non collutulanda charta ergo omissa sint, ubi tamen Epistola etiam ad Laodicenses adhuc reperitur. Ceterum vanitatem hominis jactabundi, quam prodidit in epilogo istius Voluminum sacrorum versionis restitutio nem Bibliorum sibi fatis arroganter tribuendo vel ipsa inspectio accurrior docebit; ex qua etiam ubi a Lutherò discessit aut aliorum, uti dictum, vitula aravit, parum eximii bonum Dietenbergerum ex suo Ingenio protulisse luculenter patet.

VII. Quamvis hic locus esset Johannis quoque Eckii acerri-  
 mi quoque inter ceteros Lutheri Antagonistæ versionem Biblio-  
 rum germ. ex Vulgata factam commemorandi , cuius & Korthol-  
 tus aliique mentionem faciunt, quorum ille Sixtum Senensem qui  
 in Biblioth. S. utrumque Testam. A. 1640. ab Eccio Germanice redi-  
 ditum afferat, testem allegat, B. vero Kaspar a Lilien Dissert. sacr.  
 dissert. IV. pag. 51. Ingolstad A. 1658. in fol. excusam esse ( cum tamen  
 A. 1543. alii obiisse dicatur) affirmat, tamen quod ipsi pontificii, nomi-  
 natim Richardus Simonius Crit. Vet. Test. Libr. III. adjecto catalogo  
 edit, præc. Bibl. tantum versionem V. T. secundum Vulgatam ap-  
 pella, cui & Gretserus in eadem Acad. successor Eccii suffragatur,  
 neque unquam mihi eam inspicere licuit , hæc de illo monuisse  
 nobis sufficiat brevissimis , dispiciendi cura de discrepantibus cir-  
 cumstantiis relicta aliis. Illud certum est antecedentium operas  
 adeo non desideria expleuisse in religione sociorum, ut novam po-  
 tius translationem adornare ex eadem tamen Vulgata , turbido  
 rivulo, sicut & titulus præ se fert, jussiter Ferdinandus Elector Col-  
 on. Casp. Ulenbergum S.S. Th. Lic. & Pastorem ad Div. Columb.  
 Colon. ex comitatu Lippensi Westphalum, & uti notatum inveni,  
 a nostris ad Pontificios antehac Apostolam, idque saeculo superiori  
 jam dudum inchoato. Eademque ad palatum pontificia Ecclesiae  
 vel inde videtur admodum suisse , quia non tantummodo sapissime  
 recusa illa fuit translatio , nuperrime quoque A. 1705. Colon. in gta-  
 vo recentissime impressa, sed etiam adhuc principatum obtinet, ita  
 quidem , ut cum Moguntini etiam A. 1662. novam Joh. Philippi Archiepiscopi auctoritate molirentur nativo sermone gentis Germ.  
 dulcius expressam interpretationem, hanc præcipue a Westphalico  
 idiomate perpurgandam sibi sumferint , cætera vero, quoad fieri  
 potuit, retinuerint, sicut ex utriusque traductionis collatione facile  
 innotescet. Hæc de pontificiorum in Bibliis transferendis in vernacula  
 nostram studio haud dubie ad veritatem quomodounque  
 opprimendam, ut vel ex primis initiis patet, contra Lutherum im-  
 mo ipsam veritatem coelestem composito, cum alioqui exutiendis  
 potius

potius S. Bibliis lingua vernacula extantibus , e Laicorum manibus  
præsertim, operam eos dare in vulgus constet.

VIII. A Pontificiis ad Reformatos, ut appellari volunt, procedimus. Ab his vero, uti diversimode versiones Bibliorum Germanicæ sunt publicatae, ita quoque distincte, ut eadem recensentur a Nobis, opus est. Primo nimirum loco occurruunt translationes sacrorum Voluminum omnino novæ, quas illi suo Marte concinnarunt ipsi. In his Antiquitate & studio iterato, quod impensum est, eminent præ ceteris, reliquis tamen stylî difficultate inferiores eorum labores, qui cum starent primi ab Huldrici Zwinglii sui partibus easque tuerentur Tiguri, propagandæ etiam sive, quam probabant, doctrinæ gratia, versionem, quæ inde Tigurina dicitur, adornarunt; quanquam uti in Latina Interpretatione, ita Leonis Judæ in illis Germanicis præceptiam quoque industriam omnes prope fateantur positam fuisse. Edita autem isthæc translatio Lutheri quoque versionem, quantum ad eas partes attinet, quæ tūm quidem in lucem prodierant, plerunque secuta inde ab A. 1525. usque 1530. tribus vicibus & diversis quoque formis, sequenti vero annorum serie iterum iterumque recusa & subinde emendatior typis subiecta est, ut sextam A. 1538. jam (a) fuisse evulgatam affirmet Hottingerus, J. vero Melch. Kraftius: (b) septimam fuisse illam, existimet; Omnia autem castigatissima & qua verba quave sensum pluribus in locis castigata, substitutis insuper aliis augmentis, prelo illa exiit Tigurino A. 1552. de quâ Majerus (c) legi potest, & in Præff. (d) Dn. Joh. Diecmannus. Post hos Tigurinorum conatus celebrior est Joh. Piscatoris Herborn. Theologi Interpretatio germanica, quam A. 1604. ex fontibus, ut perhibet, derivatam excudi curavit, Latinismos, ut Fruditi queruntur, adeo largiter immiscens ac retinens, ut totam ex Junio-Tremelliana inter Latinas præstantiore illam potius consecutam esse suspicentur. Ad partes certe & dogmata Reformatorum ita visa fuit nostris accommodata, ut Paulus Röderus, Petrus Piscator Jen. Theol. & Balth. Men-

erus

(a) Biblioth. quadrip. L. I. c. 3. (b) Emend. & Corr. in Hist. Verf. Germ. Luch. a Mayer. ed. §. 9 p 22. sq. (c) Hist. Verf. Luth. c. VIII. §. 10. (d) tum ea quæ Bibl. in 12. Maj. sum in fol. premituntur.

zerus paulo post eam sub examen revocare laborarint. Adderemus & his Belgarum novam & permultis anni⁹ ingenti industria perpolitam traductionem, quam post Decretum ea de re A. 1618. in Synodo Dordrac. factum & munus interpretandi ac recognoscendi doctissimis viris delatum Anno demum 1637, publicam lucem adspicisse constat, nisi intra circulos Germanicorum pressius sic dictorum Bibliorum consistere constitutum nobis esset. Quare missio isthoc Belgarum studio multis modis multisque de cauſis applausum Erudit⁹ orbis promerito, unam adhuc Amandi Polani *Bołansdorf Oppavia Silesii & Theologie* D. Basileensis translationem sed Novi tantum Testamenti germanicam commemorabimus, quam Kortholtus & Waltherus brevissimis tantum attigerunt, neq; diem neq; consulem editionis indicantes. Non tamen dubium est circa initium sec. XVII. eam suisse publicatam; idq; hinc patet, quod A. 1610. Autorem jam vita suisse defunctum Melchior Adamus (a) resert, quanquam in addito ibid. Scriptorum ab ipso editorum catalogo ex J. Jac. Grynae Polani socii enarratione desumpto nulla hujus versionis mentio occurrat, sicuti & perraro eadem hedieque in Bibliothecis reperitur, neque a me, quod sciam, oculis unquam usurpata est, sicuti forte nec a laudatis ante Theologis. Quae ex prefatione illius (b) repetit Reizius verba, satis indicant studi⁹ illum Phrases Græci textus (des. H. Geistes Arten zu reden/wo es immer möglich / und der Verstand oder die Art unser kœufischen Sprach zugelassen / die weil uns gebührten will vom Geist Gottes zu lernen / wie wir von Götlichen Geheimnissen unserer ewigen Seligkeit reden sollen/und nicht Ihm seine Reden unsers Gefallens zu äudern und zu renken) recinuisse; de reliquo autem Chronologia & Controversiarum intet Piscatorem atque hunc aliosque Theologos ventilarum Historia Polanum hanc publicando versionem adversarium suum suisse æmulatum suspicandi cauſam præbent. Hæc sunt quæ de N. T. Polani explorata habemus atque de versionibus Reformatorum proprie ita diœsis Germanicis repetenda universim censuimus.

XLHcs

(a) In Vita Polani ed. 80. (b) Praef. Nov. Test. Vers. Germ. pag. 3.

IX. Has porro excipiunt eorum in eadem Ecclesia labores, quibus non de novo quidem in vernacula nostram ut transfundereat Biblia Sacra ad stabilendas hypotheses suas, operam dede- runt; Attamen ipsam Lutheri nostri versionem recusam ita suis usibus aptarunt, ut in majus prope discrimen corruptionis lecto- res deduxerint. Quatuor hujusmodi Bibliorum Lutheri editio- nes memorabiliores nota sunt, in quibus tamen nonnisi tres lu- cem publicam adspicerunt; quarta, dum sudarent in excudenda eadem hypothetæ, oppressa. Inter publicatas antiquissimas, Neosta- diensium, in Palatinatu Infer., typis impressa claret, quippe que A. 1588. D. Davide Pareo Heidelbergensi Prof. operam imprimis na- vante & conferente suam, novis præfationibus, summaris & no- tis marginalibus aucta prodit, postquam & sine hisce augmentis A. 1579. excusa ibid. jam ante prelo exierat. Posterioris edi- tionis autem eo major a nostris habita fuit ratio, quo majus Ec- clesiæ nostræ ex ea metuendum fuit periculum; unde etiam a Ja- cobo Andreæ sub censuram vocata idemque Theologus non mul- to post Joh. Georg. Siegwartum hyperaspistem nactus est; prout ex illius *Christlichen treuherzigen Erinnerung und Warnung von der zu Neustadt an der Hardt nachgedruck- ten versälschten und mit Calvinischen Gottslästerungen be- schmeisten Bibel D. M. Luthers (a)* videre licet; hujus autem nichtige und krafftiose Nettuna Parei &c. (b) impressa idem abunde docet. Altera id genus *endoris* apud Herbornenses Nas- sovicos in lucem emissa Biblia quoque Lutheri exhibet, sed ex im- pressione non Wittebergensi verum Francofurtana, que per omnia, ut Waltherus ait in Offic. (c) *Calculum bonorum & scito- rum non meretur*, desumpta. De reliquo & isti omissis itidem præfatio- nibus Lutheri & marginalibus Ejusdem nova pariter Argumenta atque indicem Doctrinarum ad palatum suum facientem adce- runt multisque aliis pro incrustanda doctrina sua facientibus fa- cultati Witteb. Theolog. ansam dederunt, ut & ab hac Bibliorum impressione Ecclesiæ Evang. præmonendas esse peculiari scripto,

B

XXX

(a) Tbing. 1588. (b) Tbing. 1590. (c) Repof. I.S. 509.

Treuherzige / nothwendige und ernste Warnung an alle  
 Evangel. Kirchen von der zu Herborn nachgedruckten Bi-  
 belre censerent , quæ dehortatio lucem vidit (a) posteaquam  
 jam ante triennium 1595. illa ipsa Biblia impressa fuerant , a Pi-  
 scatoris versione paulo postibidem concinnata edita; sedulo di-  
 stinguenda. Tertium in eadem Ecclesia & prioribus haut dissimile  
 Bibliorum opus Heidelbergenses Typographorum officinas exercuit primum, postea vero & Francofurtensium curis semel  
 iterumque ac nuperime (b) demum recusum est & Falkeisianorum  
 Bibliorum nomine sèpius celebratur glossis, ut vocant, aliisq;  
 additamentis instructum non inutilibus nec ineruditis sed passim ad  
 dogmata Reformatorum attemperatis. Autorem agnoscent ea  
 omnia Paulum Tossanum Danielis filium Heidelberg. Professorem,  
 a quo in confinio Annorum 1617. & 1618. hæc prima vice prelo sub-  
 jecta sunt, exinde vero multorum applausum meruere; ita tamen,  
 ut neque a nostris errores intacti sint prætermitti , inter quos  
 præter aliorum observationes hinc inde sparsas B. Winkelmanni  
 Giess. Theologi studium eminet, quippe qui fermentum occulte  
 ibid. latens non detexit tantum , sed etiam solide sub examen ex  
 instituto revocavit, quæ opella Dispp. Giessensibus (c) inserta repe-  
 ritur. Quarta nunc supereft Reformatorum in Bibliis Lutheri ex-  
 cùdendis cura tanto magis notanda , quanto apertius eorum frau-  
 des atque insidia clandestinæ ex omnibus eo pertinentibus circum-  
 stantiis elucescent & reliquorum , de quibus paulo ante dictum est,  
 consilia revelata atq; prodita sunt, paucissima deniq; cum apud Walther.  
 atque Kóortholt. tum etiam Majerum & reliquos annotata de  
 illis leguntur. Scilicet Crypto-Calvinianorum Saxoniorum machinationes spectamus, quas sicuti in Catechismo antea publicato,  
 innumerabilium rixarum materia, exorsi fuerant ita in hac Bibliorum publicatione ac elaboratione sedulo continuârunt, utut dis-  
 pari plane successu. Autorem eadem habuerunt, uti monumenta  
 Historiarum testantur, nominatim Examen Examinis Pieriani His-  
 toricum trium Ecclesiæ ministrorum, qui suppicio Crelliano ad-  
 fuerant,

(a) Wirteb. A. 1598. (b) A circ. 1693. fol. (c) Dispp. Giess. 8vo T. VIII.

fuerant, L. Joh. Salmuth Concionatorem Aulicum Christiani I. Electoris Saxonie Lipsia Dresdum vocatum, qui pro isthinc labore Electoris Ipsius mandato, (si penes Crellium fides est, cujus verba Ejus amici in Responsione ad concionem funebrem Nicolai Blumii Crellio habitam (a) repetunt, ubi & Electores Biblia potius quam Crypto-Calv. ea appellanda esse non sine convitiis volunt, ) susceptoquin gentos Joachimicos accepit. Verba sunt seqq. Es hat auch Salmutb der maleins/als Er mit Sr. Arbeit über etliche Bücher der Bibel fertig worden/mir dieselbe zugestellt / mit Bitte/ solche dem Chur. Färsten surzubringen : Welches ich (Crellius) gethan. Darauf Ihm auch 500. Thl. vor solche Arbeit gnädigt verehret / und auf Sr. Churf. Gnd. Gebeiss einen Befehl an Cammer-Meister / Ihme solche 500. Thaler zuzustellen/gemacht. Hac de Autore; Cujus adhæc in eo constitit labor, ut præter tabulas quasdam nove concinnatas Lutheri præfationes in V. T. omittaret, earumque loco Dicta Patrum collocaret de Mose, & præstantia Libb. Mosaicorum agentia adjectis insuper Argumentis ex Tremellio petitis & glossis ex Authoribus xii. depromtis (quibus describendis Petrus Riese Annabergensis incumbebat mercede ad id conductus, in quibus Calviniana, ut vocatur, Dogmata variis modis incrustata fuere, quarum notabiliora exempla Schlegelius (b) recensuit. In primis vero memorabilis est partim Nicolai Crellii Cancellarii capite postea, ut notum est, plexi in procuranda hac editione industria, partim etiam cæterorum idem cum illo sentientium eoque patrono utentium, ut consilium hoc quam fieri posset occultissime perficeretur, singulare studium. Nam recognitio non tantum & Correctio commissa est aliquot viris Eruditis, Urbano puta Pierio, cum Dresdæ adhuc ageret, imo cum & Wittebergæ jam degeret per literas negotium hoc curanti, ac duobus insuper aliis Verb. Div. Ministris M. Davidi Steinbachio & Caspari Rudelio quorum hic Typographicis præcipue mendis sedulo tollendis destinatus erat; verum etiam separatum in tabulario (Cantzley) conclave dicatum sicut isthinc negotio, ut

B 2

quoties-

(a) Ed. 8vo 1605. sine mentione loci impressionis p. 84, seqq. (b) In Vit. Theoph. Glaseri Superint.. Dresd. p. 52, sq.

quotiescumque Iubitum fuisse, ibidem clam convenire & in commune consulere possent. Exitus autem horum conatuum tandem is fuit, ut posteaquam Christianus I. Elector mortem præmaturam obierat Electoratus Administratio atque tutela Principum ad Fridericum Wilh. Ducem Sax. Altenb. devoluta fuerat, & his & aliis molitionibus finis repentinus imponeretur, si blatis tum aliis ausibus & corruptelis tum etiam Bibliorum horum edendorum studiis, quorum, quo usq; Typographorum labor processerat, exempla omnia dicto superius conclavi publicis sigillis statim a morte Electoris ob-signato, <sup>(a)</sup> reperta quo pervenerint equidem ignoro, luci certe publicæ subtracta esse scio. Ita quæ in primis copta sunt Biblia Calviniana A. 1589. & ultra Pentateuchum non longe, ut videtur, producta, sunt tamen qui ultra dimidium jam fuisse perfecta affirmant, nulla auctoritate muniti) <sup>(b)</sup> A. 1591. ocium Typographis iterum fecere singulari Dei providentia impedita. Hæc aliquanto prolixius enarrare maluimus, quoniam vel parum vel nihil prorsus alibi commemoratum de isthoc ausu fuisse observavimus, quæ vero loco superius citato Schlegelius congesit, haud facile quem nisi admonitum ibidem requisitorum existimamus,

X. Sed quæcumque fuerit horum ex Ecclesia Reformata sive novarum de integro translationum publicatione, sive ipsius Lutheri versionis non uno modo contaminatione, intentio, Hypothesibus certe domesticis ea ratione propagandis inserviens; Tamen ita semper illi gesserunt se, ut Lutheri Interpretationem in pretio non postremo vili sint habere velle, quemadmodum etiam publicis quoque usibus in locis sacris ex cathedra S. inter eos illam frequentissime adhiberi ac destinari videmus; ita contra Anabaptistarum primum, quos nonnulli haut ab re Socinianorum fratres appellant nec nisi subactiori literatura differre ab ipsis existimant, postmodum vero & ipsi Sociniani, aut, ut vocari maluerunt, Unitarii, Fausti Socini, Lælii patruelis, Alexandro Socino Senis nati, atque in Polonia 1604. denati, apertius id egerunt Discipuli, contentum Lutheri sine ambagibus, quantum ad hoc etiam, professi. Et quod ad Anaba-

<sup>(a)</sup> Christ. Schlegelius Vita Superflua, Dresd. nom. Theoph. Glaseri pag. 50.

<sup>(b)</sup> Mich. Waltherus Offic. Bibl. Repof. I, arc. VI. §. 508.

Anabaptistas quidem attinet, eorum non tantum studiis accepta ferenda est Prophetarum V. T. translatio Germanica nominatim a Ludovico Hezero gente Bavarо & supplicium postea capitissimo, uti §. 3. Cap. III. dicemus elucubrata & A. 1527. Wormatiae Vangionum 8vo (a) typis impressa, sed etiam integra Biblia, quæ vulgo Wormatiensia ab impressionis loco audiunt, A. 1529. ibidem in publicam lucem sunt emissæ, ad quæ procuranda eundem Hezerum cum Joh. itidem Denkio populari suo & insigni Originalis sive doctrinæ de Dæmonum malorum ac impiorum damnatorum salute olim (b) etiam expectanda patrono, & A. C. ut hunc errorem pestilentem rejiceret haud dubie inter præcipuos Anabaptistas occasionem suppeditante, plurimum opera atrulisse & consiliis non paucis creditur. A viris certe coelestis doctrinæ non satis, ut par est, tenacibus, labore quoque posteriorem fuisse profectum, nemo est qui dubitet; Ceterum quid ipse Lutherus de Hezeri isthac labore senserit, nominatim vero priore indubio, judicaverit, ex Epistola Illius de Interpretatione sepius laudata patefecit:

Ach es ist Dolmetschen / scribit, ja nicht eines jeglichen Kunst / wie die sollen Heiligen meynen / es gehört dazu ein recht frömm/treu/ fleißig/furchtsam / Christlich / gelehret / erfahren / geübet Herz ; Darum halte ich / daß kein falscher Christ noch Rotten-Geist treulich dolmetschen könne / wie das wol scheinet / in den Prophetenzu Worms verdeutsch't / darinnen doch warlich grosser Fleiß geschehen / und meinem deutschen fast nachgangen ist ; Aber es sind Juden daby gevrest / die Christo nicht grosse Huld erzeiget haben / sonst wäre Kunst und Fleiß gezugt. Hæc Lutherus ex sua conjectura (c) Idemq; ad Wenceslauum Linckium (d) scribit: Prophetas vernacula donatos Wormatiae non contemno, nisi quod Germanismus obscurior est, forte natura illius regionis fecerunt diligentiam. Quis autem omnia attingat? Ego tamen accingor & ipsos vernacula extrudere, lecturus simul & Esaiam

B 3

no

(a) It. A. 1528. August. Vindel. fol. (b) Gochofr. Arnold: §. II. §. H. P. II. L. XVI. C. XXI. (c) Tom. V. Jenensi germ. fol. 143. (d) Epistolarum Latin, ab Auct. fabr. col. Tom. II. p. 332. §. 15.

*ne otiosus sim.* Nobis huc referre tum particularem Hezeri industriam tum universalem Ejusdem sociorum placuit, quia de Socinianis N. T. versionibus acturis commode hic locum & illam habere posse vixum est, cum inter Antitrinitarios ab ipso Sandio in Bibliotheca Idem ille (non tamen sine sphalmate Heizerus dictus) numeretur; Kortholtus vero sine die & consule Prophetarum versionis ejusdem meminerit. De versione aut editione Wormat. quod superest ad Cap. III. inf. annotabimus, nunc quidem ad Socinianos sine mora progressuri.

XI. Hi enim postquam dogmata Christianae fidei e diametro adversa oberrantes diu & vagabundi sparserant tandemque sedem constantem in primis Racoviæ in Polonia Minoris invenerant, operam dederunt & quidem bonam partem Germani interque hos quidam in hac Ipsa Academia nostra proh dolor! ab Ernesto Sonnero Ejusque discipulo Martino Ruaro (*a*) corrupti, ut in coetuum suorum usum & popularium deceptionem ulteriore germanice de novo traduceretur Novum Testamentum idque solum; quod ut puto, exiguo inter illos precio fuisse Veteris Testamenti tabulas eo labore fortassis dignas, quæ verterentur, haud vias atque etiamnum esse, constat. Eam vero placitis suis aptiorum interpretationem, Lutheri Versione rejecta, concinnarunt in primis Joh. Crellius Helmezheimenf. Francus, Racov. Rector ac postea Pastor & Joach. Stegmannus Senior, Marchicus Ejusdemque Gymnasi Rector dehinc Claudiopol. Unitariorum Minister & post vulgatum jam diu antea Catechismum Racov. publici Juris fecerunte tandem A. C. 1630, in 8vo Racoviæ typis impressam. Praefatio eidem addita est, cuius vulgo Georg. Enjedinus Superintend. Unit. coet. in Transylvania & Gymnasi Claudiopolitani moderator, perhibetur fuisse Auctor: sed cum dudum ante illè diem obierit suum Anno nim. 1597. de eo jure dubitat Christoph. Sandius, (*b*) nisi alia extiterit antea perfecta versio, quod tamen se ignorare idem affirmat, aut in antecessum istud præfamen ab eo clara-

(*a*) Vid. Epist. Ruari P. II. Ep. 26, p. 172. seqq. Item Epp. Mich. Piccarri ad Kirchmannum in Gudianis & Burmanno editis num. 183. & 184 pag. 255. seqq.

(*b*) Biblioth. Antitrinit. sub Enjedino p. 84.

boratum (longe nim. antehac animo agitasse Socinianos istud novæ Versionis consiliū nihil dubitamus,) postmodum præfixum illi translationi fuerit. Quomodo cunque autem res comparata sit, dignissima tamen sunt, quæ in ea profitentur, de studio fontibus inhærendi suo, & opinionibus aliorum præconceptis, quibus occupati in devia rapti sint Metaphrastra alii observata & querela totum istius Versionis studium scopumq; prodentes quæve fuerit apud ipsos met præjudiciorum vis, uti & in aliis aliorum conatibus subindicantes.

XII. Quemadmodum vero solent esse cunctorum fallacem rationis suæ regulam in cognitione mysteriorum & Scripturæ ad eam exactæ interpretatione se cantum ingenia fluxa, varia & instabilitas ita neque isthac versione a sociis licet errorum magnæ existimatio nis viris facta, contentus fuit Jerem. Felbing er Briga-Silesius Coeslin. primum Rector, post Francofurti ad Oderam et alibi denique in Belgio Exul, de quo Arnoldus : (a) Nachgehends hat Er sich in Amsterdam nach A. 1687. gar armelig mit Kinder Information und Correcturen in Buchdruckereyen aufge halten / weil er sich nicht völlig zu den Socinianern bekehren sondern bei des Arii Lehre bleiben wollen. Is enim novam inter Batavos versionem N. T. aggressus est Embda, ut Arnoldus l. c. refert conscriptam & A. 1660. in 8vo Amstelodami typis exscriptam. At enim infelicior mihi videtur fuisse aliis plerisque, quod in eo opere suscepso non modo præjudicatis iidem sententiis ex vicina Patriæ suæ Polonia haustis plenam attulit mentem, sed etiam Stephani Curcellæ Gymnasii, dum viveret, Amstel. Remonstrant. Prof. lectiones varias, quas ille undique corrasit, quasdam etiam ex ingenio suo excogitasse suscepimus & censura dudum notatus fuit, præ oculis, quod nec ipse diffidet interpres, habuit ad institutum suum aptiores visas ; Ita denique superstitiose verba eorumque emphases consecutus est & expressit, ut saepius e. gr. vocabulo **hemauß** vorbt ridiculum se præbuerit. Ex iisdem corruptelarum fontibus non unum errorem in ipsam versionem intulit, quod ex variis locis Rom. præsertim IX. 5. & Luc. XXIII. 43. solis interpunctionibus loco

motis

(a) Kirchen und Reich. H. B. P. II. Cap. 13. Libr. XVII. §. 24.

motis misere misereque detortis intelligere facile possumus, quorum tamen istum de Christi Divinitate agentem B. Avus meus Joh. Vogelius Rector Sebald. Norib. & ipse olim a Socinianis aliquandiu deceptus jam antea A. 1617. (a) in hac Photinianismum publice recantans Academia, alterum vero de Anima latronis eo quo mortuus erat die in Paradisum transferenda Antonius Byzæus (b) aliisque egregie vindicarunt,

XIII. Enimvero hos omnes, ut malæ cauſſæ quoquo modo servirent & hypothesibus suis velificarentur, sicut aperte satis proddiderunt, a nostra Lutheri versione vel ab ipsis veritatis hostibus haut raro ingenti elogio ornata exſceſſiſſe nihil miramur; Illud potius admirationem nobis movit & indignationem non iuſtam, quod, cū gentes quædam, uti Belgæ, Dani, Sveci, Pomerani & Saxones inferiores diutissime Bibliis vernaculis ad interpretationem Lutheri expressis, ut conſtat, uſi ſint aut etiamnum fructuofe utantur in Ecclesiis ſuis, ſoli pene Germani non ita longo abhinc tempore tanti & tam nitidi atque insignis theſauri Lutheri ſtudio nobis relictæ & foetum iſtum ſuum quaſi lambendo expolire toties conati tædio & fastidio ſe paſſi fuerint ad alia omnia induci, ita quidem ut novas plane versiones meditati ſint aut etiamnum meditentur, quibusdam etiam ea, quæ ſua induſtria ſuoque arbitrio hac in parte elucubrarunt, præproperē nimis in lucem extrudere auiſis. Prioribus annumeramus, quæ Anno circiter 1665. in Academia Julia deinſtituto hoc acta ſunt, ubi Philologus tum ac poſtea Theologus noſtras quidā tanto alias negocia non impar ſive ex imperio ſive ſua ſponte id negocii in ſe recepit, ſed eo ſuccesſu, ut lucubrationes illæ gravifimis de cauſis quanquam affectæ & prelo paratae Principis iuſſu tandem Bibliothecæ Clarissimæ Scrinii comiſſæ & abſconditæ ſint. De reliquo obſervationes ſi quæfuerant meliores alio habitu inter poſthuma Viri B. opera, quibus multo tutius frui potest Ecclesia, hodie comparent. Sparsus quoque non ita pridem rumor est simile quiddam circa Scripturæ S. versionem novam molitum eſſe nonneminem Lutherο acutius, ſua ſententia, cernentem

ſuosque

(a) Orat. Anno dicto habita & Noribergæ excusa 4to cum Peufcheliana viñicias continentē Satisfactionis Christi, (b) De Morte Christi L. III. c. VI. §. 4f.

suosque labores illustris cuiusdam civitatis ministerio censuræ tradidisse ; sed cum incerta adhuc fama illud serat neque liquido sati pateat atque constet , utrum nova hæc editio diversa sit ab ea , cuius Joh. Frid. Majerus *Bericht von den Pietisten* quæst. 6. in fine nuper meminit tanquam Jacobi Böhmiæ explicationibus instruæ & cum imprimijam coepita esset Magistratus atque Ministerii Hamburg. Auctoritate oppressæ , rem in ancipiit relinquimus & ad certiora progredimur.

XIV. Nimirum dum in herba extinti horum aliorumque fortassis conatus sunt , ecce geminum non expectato aliorum judicio in lucem prodeuntem novæ versionis N. T. fœtum omnem censuram aspernatum ac ingenuitatem veluti suo jure exigentem ; quo nomine translationem Scripturæ N. T. germanicam duobus Protestantium Ecclesiæ addicatis Autoribus publicatam , Anno eodem 1703. eademque formæ , quæ 8va vocatur , intelligimus ; Quarum utraque affectatum a Lutheri versione recedendi studium & verbis apertis & rē ipsa quoque in illis præsertim locis , ubi nihil quicquam causæ erat ullius mutationis , præ se tulit atque prodidit . Altera interpretatio , quæ Casp. Ernesti Trilleri nomen in fronte exhibit Auctorem Scholæ Ilfeld. in finibus Hercyniæ Rectorum agnoscit , hæc vero Joh. Heinr. Reizium Bremensem Reformatæ Ecclesiæ Alumnum , quive post studia in Belgio & Heidelbergæ culta Ecclesiæ aliquandiu Ministrum in Comitatu Saynensi Berlenburgico egit , parentem habet , sicut ex præfationis subscriptione patescit . In his posterior post officium publicum deseratum Dippelio familiariter usus est atque ingentem ab Ecclesiæ Protestantium Doctrina dissensus suspicionem dudum movit tum aliis scriptis tum vel maxime libello de Justitia Dei (a) postquam scriptis ad Goodwini Mosen & aaronem atque libro de Prudentia Ecclesiastica magnam antea famam sibi comparaverat . Alter vero jam paullo antehac dubiis quibusdam circa versionem Lutheri motis , quid machinaretur , significavit , quæ dubia indagationum in loca quædam N. T. nomine minuta chartæ forma pro-

## C

stant,

(a) Vortrag von der Gerechtigkeit die wir aus und durch Jehovah durch den Glauben haben 1701. in 8vo.

stant (a) & Examini a nonnullis accurato jam dum sunt subjecta. Illius opella Offenbaci ad Moenum typis expressa & nuperime Erlangire recusa Candorem in titulo prae se fert, altera verò Trilleri, Amstelodamum mentitur, typis, ut cuilibet patet Germanicis clam excusa. Ut vero multis modis discrepant, ita in una hac re convenient & conspirant, quando justis de caussis ad hæc conamina inductos se fuisse ambo præfationibus novo labori suo præfixis edifferere suumque institutum rationibus munire laborauat, quas dignas etiam in primis existimavimus, ne qua verisimilitudinis specie incautos deciperent, sub examen ut revocaremus.

XV. Præter hos Trilleri & Reizilabores non nisi pauca aliorum molimina proprius ad istos accendentia præsto sunt, alterum nimur Christ. Sebachii quippe cui novam Ecclesiastis Versionem German. Haleæ (b) evulgatam debemus, suum itidem confilium præfatione præmissa tuenti, de reliquo vero satis coacte, ut mihi videtur, ad Christum qua in Ecclesiaste docentur trahenti, ut sententias singulares in Theologia Morali omittam, quas alii impugnunt. (c) Ad hanc nonnisi Apocryphorum quorundam novæ in vernacula versiones accessere nimirum Libellorum Sapientiae Salomonis, ut & Ecclesiastici seu Syracidis, A. 1705. & 1706. Hale itidem Magdeb. in 8vo evulgatorū, quarum Auctorem esse credunt nonnulli Godofr. Arnoldum, quæ si vera est conjectura, procul dubio Sophiæ suæ singulari alias libro descriptæ velificari ille conatus est; sin minus, istud tamen pro certo affirmare nobis licet libertatem suam, non ut reliqui, quisquis ille sit, in præfatione communivisse, sed suo quasi jure indubio uti voluisse, ut adeo in oppugnando eo parum etiam operæ nobis videatur ponendum. Neque etiam, ut fatear, quod res est, talia ad Græcum fontem fortassis magis exacta, tantopere curarent nostri, suoque sensu in Apocryphis, quemque abundare paterentur a quo animo, nisi præludia Versionis totius sacri Codicis hæc particularia Opuscula haud vano metu crederent esse, non parum Damni ac turbarum Ecelesiæ Christi in posterum datura

(a) Untersuchung etlicher Orter. Tert. Amstel. P. I. 1699, & P. II. 1702. 24. & Mansfeld. 1701. 8vo. (b) A. 1705. 8vo. (c) Lüschcrus & Collegæ in den unghuldigen Nachrichten 1705. p. 434. seqq.

tura ; quod quidem consilium aperte & candide quidam , nominatim vero Reizius prodiderunt. Quam etiam ob rem non defuerunt olim , nec defunt hodieque viri perspicaces , qui obviam eundum esse, dum tempus & occasio ferunt, his conatibus putarunt, atque etiamnum existimant ; neque injuria, quandoquidem, ubi mala per longus invalueremorcas, plerumq; rem destitutam iterum restituere inter desperata numeranda esse experientia comprobatur. Horum igitur consilia & nos fecuti, quo jure novæ Bibl. Versiones Germanicas adornari queant quibus rationibus improbari eadem possint, dispiciemus nostram primum adstructuri pro parte negante ac dissuadente sententiam, ac destructis posthac ab adversa parte objectis, quid e re potius Ecclesiæ esse videatur deinde edisserturi, ita tamen ut Trilleri potissimum ac Reizii quas prætexuere rationum & ipsi rationem simus habituri, donec in tegras eorum versiones sub incudem mittere, uti meditamur, si vitam tempus & otium concesserit Deus, imposternum licuerit.

## CAP. II.

Κατασκευασμάτων,

Seu

*Nostram de Bibliorum novis Versionibus Germanicis non temere edendis sententiam*

Adstruens.

I.

**H**Æc igitur , posteaquam de variis diversorum tentaminibus, non uno tamen consilio nec uno scopo scriptis dicta sunt, atque adeo de facto, quod ajunt, res est in propatulo, nunc ut de jure libros Scripturæ S. in vernaculam nostram transfundendi, nostro præsertim ævo, & eo, quo nunc res sunt, Ecclesiæ statu, disquiramus, ordo tractationis postulat. Ubi quamvis affirmanti potius parti hac in re non postremum in Ecclesia momentum habente

incumbat probatio, tamen ex abundanti quasi in nos devolvit ille patiemur onus, diversa sententium rationes post adstructam negantem sententiam postea quoque pro virili destructuri. Id vero, dum ea qua pars est moderatione facturi sumus, ut moderate quoque dissensum nostrum ferant, qui a nobis discrepant, enixe rogamus & obsecramus.

II. Antequam vero Argumentum quod praे manibus est particulae aggrediamur, generalem ad integrum negotium appri-  
me facientem observationem ut præmittamus necesse est. Scilicet ut in omni re ita heic quoque prudentiae maxime omnium ratio-  
nem habendam esse, utpote quæ virtutum Princeps audit  
atque ipsarum ordinem, modum & occasionem tanquam oculus  
mentis undeque lucidissimus ostendit, existimamus. Eam ve-  
ro dum commendamus non aliam intelligimus quam virtutem,  
qua homo, proposito sibi fine honesto, media ad illum ducentia  
cum sibi tum aliis conducibilia recte investigare, & observatis tem-  
porum, locorum ac personarum circumstantiis, ad finem optimum  
consequendum dextre accommodare potest; quam dexteritatem  
Scriptura passim non modo commendat, sed etiam vocabulis signi-  
ficantissimis describit, quando ἀκεράτες θείπαταιν, i. e. in omni di-  
cto ac facto, quod nos decet & proximo utile est eligere, item ἐν σο-  
φίᾳ καὶ ἐν χημόνως θείπαταιν, σοφές ἀναί εἰς τὸ ἀγαθόν, τῷ καὶ φρό-  
νδελένειν (ut quidam Codices legunt) πρὸς δικοδομὴν τῆς χρείας  
Ioupi &c. Eph. V. 15. Col. IV. 5. 1. Thess. IV. 12. Rom. XII. II. Eph. IV.  
29. &c. jubet singulos & universos; ac denique in universum φρό-  
ντων διαίστω Luc. I. unde & φρόντιοι, dicti prudentes, quasi soli  
mente sana utantur, commendat omnibus. Quo ipso sane non  
omnimodam in Agendis quibusve omnibus Libertatem nullis legi-  
bus adstrictam Spiritus S. indulget, sed eadem concessa ita nos uti  
jubet, ut ne temere & imprudenter ad quævis audenda prouen-  
tes abutamur sive in nostram sive aliorum, quod frequentius fit,  
pernicie, iñno salutis etiam proximi perinde uti propriæ curam ita  
esse habendam vult, ut nostris potius incommodis aliquid adversi ex  
charitatis lege suscipiamus, quam comodo nostro alteri detrimen-  
tum simus

simus aut scandalō, ejusmodi præsertim, quod animam sanguine  
 Christi redemptam discriminū aeternæ damnationis exponere possit.  
 Quando igitur incomoda quædam occurunt, ob dissimilitudinem  
 ingeniorum, quibususc nobis res est, convenit omnino ut nullam offi  
 ciū nostri partem omittamus neve proximi salutē negligamus, &  
 incommode illud, quantum salvo officio nostro fieri potest, vite  
 mus. Unde & rectissime Hieronymus; *Quotiescumque* inquit, ex  
 sermone nostro aliquis proficit, & juxta opportunitatem loci tempo  
 ris & personæ edificat audientes, bonus ex ore nostro sermo ( e ca  
 lamo scriptio) processit, *quoties vere loquimur* (scribimus) aut non  
 in tempore aut importuno loco, aut non, ut convenit audientibus,  
 roties sermo malus procedit (vel scriptum de calamō) ad destruc  
 tionem eorum, qui audiunt vel legunt. Neque profecto aliud specta  
 vit Apostolus, quando diversis locis ne imprudenti libertatis ab  
 usu cuiquam ex imbecilloribus præsertim scandalum præbeamus  
 tam sollicite curat, Rom. XIV, I. Cor. VIII. seqq. atque alibi saepi  
 us. Nihil aliud nimirum innuit in primis I. Cor. VIII, 8, nisi quod  
 prudentiæ commendatione alias Philosophi significant, usum nem  
 pe libertatis sapienti ejusdem & ad rem præsentem attemperato  
 exercitio, si laudem mereri debeat, esse accomodandam. Quæ omnia  
 ut eo luculentius pateant tantoque minus suspecta sint his cum qui  
 buslis nobis intercedit hominibus, verba adscribemus Joh. Henr.  
 Reizii, quibus Tract. suo de Prudentia Eccles. (a) clausulam imposuit:  
 Pietas equidem comparari potest, ait, cum opulenta navi, quæ onusta  
 auro & gemmis ex Ophir in portum provehitur, sed quam à nau  
 clero, Prudentiæ regi oportet, ne in scopulum offendionis, aut  
 syrtes, ac periculorum vortices, incurrat. Anima sincera, instar  
 Regiae in throno consistens, suā ipsius virtute, vitia & con  
 cupiscentias domesticas propulsare novit, sed intuitu exterorum  
 hostium, opus habet consultrice intimâ, nempe providâ Ratione.  
 Vel eadem similis est elegantissimæ venustatis virgini, quæ sece  
 Prudentiæ, tanquam pretiosâ veste, cultam magis reddit. Cœ  
 lestis mentis probitatem non inepte annulo contulerimus, ex quo  
 circumspæctio velut nitidissimus adamâ effulget; vel lautissimo  
 cibo

cibo, quem sapientia, tanquam aroma, grato sapore imbiuit; absque illo, annulus foret vilis, & absque hoc, cibus insipidus. Egregie Cherubinorum in V. T. forma Prudentes Christianos adumbravit. Illic enim juxta vitulinos bisulcosque pedes, & alas aquilinas, nec non leoninam faciem, etiam o's humanum prominebat; ut significaretur, in verè fidelibus N. T. civibus, Constantiam, fidem, fortitudinem, & Prudentiam, tanquam quatuor gratias, fore sibi junctas. Et quod Mythologi, vel Græcia mendax, de Argo fabulantur, quodd scil. totus oculis, centumque luminaribus, unde παρόπτης dictus est, circumdatus pellueat; id apprimè in pios prudentesque convenient, qui etiam oculatissimi sunt, & circumspicere, providere, discernere, & cavere norunt, Olim Prophetæ appellabantur *videntes*, id omnium Sanctorum virorum est, & videntes eos esse oportet, & Prophetas, animo futura præfigentes. Tunica quoque illa Pontificis in V. T., quæ Hebreis dicitur כהנָה וְשִׁבְעָה, Belgis aliisque intrepretibus, tunica ocellata, eō quodd opere Phrygionico & tessellato, intextis ocellis erat distincta, Regale sacerdotium maxumè decet, corpusque nostrum totum lucidum esse debet. *Math. 6. 22.* Aut, si mavis, Magni *Calvini* symbolum nobis omnibus adscendendum est, promptè & sincere! vel potius alius Theologi illud: *Piè & prudenter;* Quicunque ergo Christianæ homo fueris non tantum in pectore atque animo Tuò τὰ θυμίμιν seu sinceritatem repostam habere expediet, verùm etiam τὰ φρέατα, seu lumen & Prudentiam. Non autem sufficit ad Christianæ vita perfectionem alterutrum. Prius enim, seu probæ mentis fidelitas, ubi fuerit absque altero, nimirum circumspectione, frequenter nomen divinum in ignominiam, proximum in scandalum, nosmet verò in discrimen ac damnum adducet. Tametsi enim argutam claramque vocem tollere queam, at canendi, symphoniacque imperitus sim; quando cum aliis cantum miscere, ac sonum modulari, necesse erit, non harmoniam, sed inconditam atque absolum vocem fundam. Ubi verò pietati Prudentiam associavero, tuum gradum bonum acquisivi mihi. *Tim. 3. 13.* & Deo, hominibusque

que acceptus, illius gloriam, horum, cum mea, salutem lucrabor, atque tandem, ut Epiceti phrasit utar, ἀξιόταῦ θεῶν συμπότης καὶ συνδρόχων, dignus DEI conviva ac Regni consors ero. Haec tenuis Reizius.

Quibus nihil addere necesse est, nisi quod idem prorsus præter loca paullò ante citata subinuata Sp. S. quoties & συφροσύνη, quam temperantiam vulgo reddunt, Christianis injungit tota vita exprimendam, neque enim, ut prope universa loca docent, eam tantum virtutem denotat, quæ corpus a foribus custoditur castum atque sobrium, verum etiam quæ sunt Gregorii Nysseni de virginitate c. XVII. verba: Κυρίως πάντων τῶν ψυχικῶν κινημάτων μετὰ σοφίας καὶ φρονήσεως ἐντεκτὸν δικονομίαν i.e. proprie designat omnium animi motuum bene constitutam quandam, & cum sapientia, prudentiaque coniunctam moderationem, aut, ut Clem. Alexand. L. II. Strom. definit, habitum qui eligendo & fugiendo σωζεται εἰς φροντισμού, servat judicia prudentiae; unde qui intra modum continere senescit, ab insano homine parum differre judicio Sp. S. constat. Ultraque vero tum a Sp. S. tum ab homine, etiam fanatico spiritu actis haud facile improbando, verissime & argute dicta, uti ad præsens negocium pertineant demonstrandi dabitur non semel paulo post, in primis Cap. III., occasio. Nunc enim ad institutum nostrum proprius accedere par est.

III. Nimirum satisfacturi destinationi nostræ non putamus rectius id fieri posse, quam si conatus hujusmodi in adornanda de integro versione Sermone vernaculo, nec necessarios, neque utilles neque denique honestos etiam, sed superfluos noxiros & magna quoque ex parte turpes esse atque adeo neque periculo neque culpa vocare offendamus in compendio, universe primum, & hinc sigillatim & particulatim idem commonstrantes.

IV. Universe, quod ad necessitatem spectat, ita argumentamur pro sententia negante de conaminibus hujusmodi temere vulgatis: Aut necessaria illa esse propter illiteratos quique sola vernacula uti solent, aut in usum Literatorum, quibus aliarum quoque

quoque linguarum usus & notitia conceditur. Ad istis talia typis exscripta oculis subjici & usurpanda tradi necessarium non est, cum unius pariter alteriusq; versionis imo neutrius cum fontibus sacris consensum explicari illis hanc liceat; his vero, Eruditis puta, idem aliarum linguarum notitia citra vernaculae usum prioribus tantum fluctuandi occasionem præbentem præstare poterit quod novi Interpretes illi intendunt. Consentientem habemus hac in parte Dn. D. Zach. Grapium (a) pene iisdem verbis in eandem certe sententiam scribentem : Aut scripsit *VIR CL.* in gratiam *Eruditorum*, aut *Imperitorum*. Sed neutri opus habuerunt : Non erudi, qui ipsi fontem volvere possunt, & Commentatores explicare, ibique omnes illas Observationes *Viri CL.* invenient, eum nulla sit ipsius propria. Nec *imperiti laici* istiusmodi observationibus ad partem non necessariis indigent, sed potius periculo ipsis sunt, ut mox monebo. Quid igitur tam peculiari labore opus fuit ? (2) Prob. à *periculo* in te metuendo, quod omnino etiam si *Vir CL.* id non putet, exinde fluit, nempe quod suspecta reddatur illa Versio apud exterios Adversarios nostros, imo etiam apud ipsam nostram imperitam plebem. De quibus nos postea. Quæ cum ita sint generis ex hominum dictorum utriusque conditione nihil esse in hoc instituto urgentis necessitatis liquido patebit, præsertim si, quod nunc agemus, solicite singularia quoque contra istam necessitatem argumenta accedant.

VI. In his primo loco commemoranda erit B. Lutheri nostri quæ hodieq; utimur versionis accuratae, solide elaboratae, planæ, perspicuae & quamquam non omnibus numeris absolutæ, at, si cum reliquis, præsertim ante repurgatae Ecclesiæ tempora ex Vulgata confessis atque Noribergæ & Augustæ Vindelicorum plerumque excusis imo & ceteris superiori capite consideratis comparetur nitidissime & incredibili cura expolita sufficientia. Quæ quidem tanto major & certior jure optimo prædicanda est, quo diligenterius B. Megalander perspicuitati Orationis ad indolem linguae nobis vernaculae accommodandæ consuluisse & idiomatis Germanici genium

(a) Disp. supra laud, sect. III. §. 12.

genium ita calluisse neque hostes inficiantur atque cætera Viri optimi scripta abunde satis testantur, ut si qui eorum, quorum supra censum egimus Cap.I, qualemcunque perspicuitatis laudem promeriti sunt, plagium in Lutheri scribiis compilatis commissum aperte pròdiderint; sicuti vero ab ea discrepare recentiores quidam de industria annisi sunt, tenebras obducere rebus clarissimis videantur, ut exempla fortassis in posterum manifesto condocefaient; ut omittam neque defuisse atque etiamnum deesse, qui præstantissimum Germanicæ linguae stylum purissimumque ex Germana Bibliorum Lutheri versione, Imperii, ut vocant, Reces-sibus scriptisque non dissimilibus aliis addisci posse omnium feli-cissime penitus persuasum habent atque dudum crediderunt; quæ quidem dos Luthero plane propria Joh. Draconitem Rostoch. quondam Academæ D. Hebr. Græcæque supra vulgarem for-tem eruditum permovit, ut cum hyperbole quadam dicere sole-ret, *nescire se, si Germanica Lutheri Biblia legeret, utrum Mo-ses an Lutherus esset doctior; necesse esse, ut & Hebraæ & Ger-manica scriperit Spiritus S.* (a) Siquæ vero supersunt, quæ pauca sunt, obscuriora & antiquos Saxonias idiotismos ut plurimum sa-pientia, adeo de hisce desperandum non est vel corrigendis vel luce majori donandis, ut, quemadmodum medela illis parari possit at-que a quibusdam etiam laudabili exemplo, citra novam omnino versionem, parata sit, haud difficulter demonstratum dari possit; Qua de re inferius Sect. IV. amplius differendi dabitur occasio. Interim quotiescumque Divina scripturæ Oracula in linguas cuique genti proprias transfundenda sunt, non aliis certe scopus est Interpretribus præfixus, nisi ut, qui primigeniæ linguae seu fontium Hebræi, Chaldæique ex parte, idiomatis Græcæque literaturæ sunt expertes sensa mentis Divinæ de revelata Veritate cœlesti clare & vere expressa intelligent, fidemque suam atque assensum, Divina convictione ob-signatum huic ipsi divinitus patefactæ veritati jam cognitæ & perspectæ habeant præbeantve; Quæ Auctoritas scri-pturæ fidei gignendæ seu motiva, ut appellari solet, cum ad sen-

DOMINUM OURUM PATRUM sum

(a) Quæ verba allegat & laudat, Dn. D. Fechtius, disp.de Orat, Ecclesiast, Vic-tutibus p. 8.

rum scripturæ Dictorum redeat respiciatque, facile patebit, non esse necesse ut versioni accuratae atque experimentis innumerabilibus diutissime quantum ad hos effectus comprobatae alia substituatur, fine quippe, ut Philosophi loquuntur, mediis ad illum obtinendum requisitis, modum, mensuram atque ordinem largiente aut definiente horumve necessarium cum eodem nexum suapte natura demonstrante.

VI. Accedit ad hæc versionis nostræ a Lutherò adornatæ ad fidem gignendam præ reliquis, ut saepius dictum est, ob ingenuitatem & perspicuitatem incomparabilem idoneæ ab omni errore dogmatico ac fidei in primis sive excutiendæ sive labefactandæ periculum minanti immunitas, quam licet in dubium forte quidam ab Ecclesia nostra alieni vocare ausint, non tamen a quoquam nostratum tanto operi denegari constat. Imo, etiam si hac destitueretur dote atque laude insigni hæc, de qua agimus, interpretationio, caussarum tamen affatim esset, cur in illis nœvis emendandis totoque opere emaculando operam poneremus vel monendo alios amice vel manus medicas nostras communi consilio adhibendo, ita tamen, ut ad versionem de integro retexendam, ceteris etiam quæ sana essent & sincera cum sordibus quasi rejetis, haudquaquam adigeremur. Enimvero, cum tanti momenti nœvos in pulcherrimo illo corpore neque adhuc demonstraverint Bibliomastiges nostri neque in posterum etiam commonstrarre posse certum sit, quid opus erit quæso! ut ob leviores forte lapsus mere hermenevticos quandoque occurrentes, (a quibus ullum Interpretum omnino liberum esse ac infallibilitatis privilegio gaudere quis affirmare ausit?) opus integrum in suspicionem aut contemntum temere adducatur, praesertim quando, quæ sciolis nostris videntur esse evidentissima parorarnata summo studio notata, nondum tamen ad oculum ita clare sunt commonistrata, quin habeant alii, quæ pro vindictis Lutheri verosimilia passim reponant, sicut ex scriptis Dn. Frankii Observ. Biblicis a Beckio, Majero, Knoblauchio, Dassovio aliisque oppositis partim etiam ex lucubrationibus variis quas occasione Trillerianorum dubiorum complu-

res

res, ut Schoenlandius, Pfeifferus junior. &c. in lucem emiserunt. abunde constat, ut quæ jam olim sunt in Ecclesia gesta, omittam, de quibus fortassis Sect. III. quædam monendi anfa dabitur, unde etiam recte & laudabiliter ipse Dr. Aug. Herm. Franckius (a) scribit: Ich glaube allerdings/ daß ein jeder den lauteru Grund seiner Seeligkeit aus der Version Lutheri erlernen und schöpffen könne/ habe auch die Intention nicht geführet/ einigen Menschen dieselbe verdächtig zu machen/ als ob eine unrichtige und ungöttliche Lehre darinnen enthalten seyn/ und jemand in Lesung derselbigen sich befahren müsse. Gleichwie auch Lutherus selbsten den Geist Gottes hatte/ also mochte nicht seyn/ daß er in seine Version, die er mit so guten Bedacht geschrieben/ etwas setzte/ welches mit dem Sinne Christi und seines Geistes/ der in ihm war stritte/ so viel insgemein die Lauterkeit des Glaubens und der göttlichen Lehre und des daher fließenden rechtschaffenen Wesens/ das in Christo Jesu ist/ betreffen mag/ und da sonst Hunnius, Scherzerus, pergit, und andere Theologi deutlich erwiesen haben/ daß man aus einer jeglichen Version den rechten Grund der Glaubens und Lebens-Lehre schöpfen könne/ um deswillen/ daß Gott auf so mancherley Weise/ und mit so vielfältiger Wiederholung die göttliche Wahrheit in seinem Wort fürgestillet hat/ und dieselbige in eine solche unzertrennliche Harmoniam verbunden/ das ein jeglicher/ wenn er nicht sich selbst verhindern und verblednen will/ von aller Wahrheit überflügig kan überzeuget werden/ ob gleich die Version an vielen auch wichtigen Orten ihre Fehler und Mängel habe; so sage ich noch vielmehr solches von der Deutschen Übersetzung Lutheri/ da ich ja erkenne/ daß Lutherus als der Autor der Version eine göttliche und lautere Lehre geführet/ und daher dieses auch nicht zu befahren ist/ daß an irgends einigen Orten möchten Irr-

thümer in der Lehre eingemeinget seyn. Hactenus Dn Franckii verba, quæ adeo veritati congruentia sunt, ut famosus ille Gallo-rum Criticus Richardus Simonius in Historia Crit. Vet. Testamenti, ubi Lib II. Cap. 23. (4) in Lutherum acriter invehitur, inter alia hoc potissimum tanquam vitium extantius Megalandro obiec-  
terit, quod *existimaverit magis conducere obscura & difficilis*  
*scriptura loca relatione ad Christianam religionem facta*, (quæ mox de placitis Lutheri propriis & præjudicis seu præconceptis  
opinionibus explicat,) converti debere quam juxta Rabbinorum glossas, seu quod ad analogiam fidei Christianæ potius, Paulo jubente Rom. XII. 7. quam nugas Critico-Rabbinicas in Versione sua respexerit. Quæ sane ab hoste Lutheri lata sententia quantopere causæ nostræ & imunit i versionis Lutheri a periculo seductionis atque exinde profluenti injusta accusationi eorum, qui sine necessitate laborem istum accuratissimum sollicitant, fa-  
veat, dici non potest; Quam injusta vero optimæ interpretatio-  
nis methodi hujus a Lutherò adhibita sit exprobatio inter cæ-  
tos Dn. D. Grapius Disputatione supra laudata Sect. III. docuit.

VII. Eo plus autem huic ipsi, quod modo consideravimus Argumento, mihi videtur, in esse roboris, quo magis evidens est, non tantum sub judge etiamnum, utrum & quinam sint Lu-  
theri lapsus in Versione commissi, versari item, sed etiam, quo major Tertio & indicandorum, si cui videantur aliqui forsitan deprehensi, errorum & corrigendorum libertas cuique rerum gnaro atque linguarum perito non privatim tantum, verum etiam publice, imo ex ipso quoque ambone facro, conceditur, ac venia meliora monentibus datur atque potestas, dummodo, quæ Viro cuivis laudum magnitudine & meritorum in Ecclesia splendore clariori, quidni & Lutherò? debetur veneratio, non negligatur aut religio sacri suggestus non violetur. Qua quidem ratione de Conscientiae libertate tuenda vano prætextui, (de quo Sect. III. uberioris differendi locus erit) rima obstruitur. Atque iisdem, ut puto, de causis factum etiam est, ut Latinæ Biblorum sacrorum inter-

(4) P. 128. ed. Amstelod. ex Verbi Lat.

interpretationes, non unius Metaphraſtæ, in quibus e noſtrati-  
bus eminent utriusque Erasmi & Sebaſtiani Schmidii alterius N. T.,  
alterius vero integrorum Biblorum accuratores versiones in  
precio ac dolicis noſtræ Ecclesæ ſint & quanquam a Lutheri co-  
gitatis paſſim diſſentiant, omnibus tamen de meliori commen-  
dantur, imo ne pontificiorum quidem labores præter vulgatam,  
cujus ex conſuetudine ſaltem frequentior apud noſtrates  
uſus eſt, ut Pagnini, Ariæ Montani, Malvendæ &c. ſper-  
nantur, quibus & Reformatæ Ecclesæ addictorum non diſſi-  
miles lucubrations Tigurinorum præſertim trigæ Leonis Judæ,  
Bibliandri & Cholini (a Roberto quoque Stephano adoptatas)  
Sebaſtiani item Münſteri, Seb. Caſtalionis & omnium maxime  
Junio-Tremellianas adjungere haud veremur, ſæpe & ſuademus,  
ut silentio jam prætereamus noſtratum Commentarios, in quibus  
ſuum a Lutheri diſſenſum multoties aperte profitentur, qua de  
re inferius quoque pluribus erit dicendum, His junctim conſi-  
deratis & lancee æqua expensis, utrum novæ Versionis germ. con-  
denda necessitas quenquam urgere poſſit nec ne, judicent, qui  
ſerena mente & a præjudiciis libera utuntur. Nos jure inter ſu-  
pervacua hoc quicquid eſt laboris rejiciendum interim arbi-  
tramus.

VIII. Quoniam vero non illa tantum, quæ omnino & ab-  
ſolute ſunt neceſſaria laudem merentur, ſed etiam quæ commo-  
ditate ac utilitate aliqua commendantur, non omni approbatione  
deſtitui certum eſt, ſin vero ſecus accidat, recte improbari con-  
ſtat; hujusmodi quoque Versionum Novarum incommoda ut in-  
dicemus ordo traſtandorum ſupra ſ. i. a nobis conſtitutus po-  
ſtulat; ubi quidem adeo nobis perſuafum eſt, nihil aut parum pro-  
fecto utilitatis allaturas recens concinnatas hujusmodi transla-  
tiones ſive Lutheri versioni opponendas ſive jungendas, ut pluri-  
mum potius noxæ ac damni, multo plus ſaltim periculi quam  
emolumentorum in Eccleſiam hinc redundanturum eſſe non imme-  
rito metuendum ſit, partim concertationum & controverſiarum  
de novo ſemina ſpargendo & recentem iterum ac uberiorem litigii

gandi materiam præbendo, partim círculos Lectorum, illiteratorum præsertim, perturbando ac denique heterodoxis quibusque suum, ut hac methodo clam propinare possint virus, subsidia subministrando, quæ omnia ut fūsus porro explanentur, opera præcium erit.

IX. Quod ergo ad turbarum in Ecclesia Christi hinc excitandarum metum attinget, ne is tanti haud videatur esse habendus, ut plerumque novaturientium sunt animi, qui hæc curant scilicet? non iustum illum esse & plurimum habere momenti, primo omnium incumbet nobis ostendere. Scil. eo spectant sacri Spiritus admonitiones sepius repetitæ, quibus studere ut servemus unitatem in vinculo pacis ad Eph. IV. 3. Quantum possibile, & quod ex nobis, cum omnibus hominibus pacem colere Rom. XII. 18. Quæ pacis sunt & quæ ædificationis simul mutuæ (junctim) consecrari Rom. XIV. 19. Porro incrementa corporis Christi, sed cum charitate Rom. XII. Cor. XII. Eph. IV. atque ea quidem cum charitate, quæ perperam nihil agit, promovere I. Cor. XIII. 4. jubemur, idque omnium maxime in rebus indifferentibus, (quorum hoc negocium ad summum pertinet, si citra circumstantiarum considerationem spectetur,) ubi, ut superius dictum, tutius & laudabilius a periculis abstinerè decet; Quam etiam ob rem veritatem & pacem in Ecclesia juxta colendas & promovendas Zach. XI. legimus commendatas; Unde potiorem hac in re non minus quam alia quacunque tranquillitatis Ecclesiæ, quæ ad plures aut omnes pertinet, & sine multorum offensa collabefactari haud potest, rationem esse habendam oculis divinitus collustratis patet, quamque turbare tanto minus exigua, si quæ sunt, quæ sperantur a nonnullis commoda, suadent, quanto certius est & ex §. VII. repetendum profectus in scrutamine Verb. Div. occasionem, quæ obtentui esse solet, alia quoque via finis commodius, & que tamen commode & citra periculum obtineri posse. Neque est, cur vanam hanc motuum & tranquillitatis turbandæ formidinem putes & suspicionem inanem appellare malis; quandoquidem rerum in Ecclesia & olim & nuper demum, sicuti §. VI. innuimus,

mus, gestarum atque censura satis profecto modestæ, quibus Lutheri Versio observationum nomine in paucissimis locis subjecta est vernacula lingua, quod perspicaciores pœne omnes culparunt, typis exscriptis Historia contraria omnia docet atque ipse quidem Trillerus cum paucula quoque seorsim loca excudi curaret a se obelo notata, quibus impugnationibus fuerit obnoxius experientia didicit, neque etiam nisi rerum omnium ignaris, quæ antehac gesta sint & in herba quasi oppressa litigia obscurum esse neque denique, quid ferus vesper ferat, postquam nondum omnium diem sol occidit, affirmari potest. Ut omittam, quæ in Ecclesia libertatis suæ qua Ecclesiastica non minus quam Politica tenaciori Gallicana ob N. T. castigationibus quibusdam interdum additis, de reliquo vero e Vulgata licet traductum, Richardo Simonio ejusdem auctori, cum ab aliis tum in primis a Joh. Benigno Bosveto, motæ sunt lites ac controversiae dudum etiam antea in Belgio Galliaque de Jansenistarum quoque Testamento Montensi, vernacula quoque lingua exscripto, ventilatae, Pontificii quippe aliquid fermenti olen tes. Absit itaque a nobis, qui foedere æterno pacis conjuncti sumus, ut, quæ sanguinis precio stetit Servatori nostro, concordiam, quamque ex mortuis suscitatus Ecclesiae suæ legavit nullo veritatis coelestis detimento temere dissolvamus & contentionibus atque dissidiis materialm perperam invicem Christiani præbeamus Evangelici. Rechte Tertullianus Apologet. Cap. XXXIX. *Si pacem odisti, si te inimicia exasperat, livor obsidet, injuria delestant, Christianus esse non potes; Ecclesia Christi non est, nisi quam communicatio pacis, appellatio fraternitatis, & confraternatio hospitalitatis primis, & Originalibus jungit Ecclesia, queque omnibus Christi Ecclesiis (quidni & fratribus in Ecclesia una eademque?) dextram dat signum concordie & convenientie.* Quibus consona sunt, quæ Clemens Romanus I. Epist. ad Corinth. plerisque probata ut gendina c. LIV. (Colomes. edit. a Dn. Ittig. expressæ), prescripsit: Τίς δὲ όμηρος γεναῖ; τίς εὐσπλαγχνός; τίς πεπληρωφορημένος ἀγάπης; εἰπάτω, εἴ δι ἐμὲ σάσις, καὶ εὖσι, καὶ σχίσματα, σύκωροι, ἀπειρι, διὰν βάληθε, καὶ ποιῶ τὰ περστατόμενα ὑπὸ τοῦ πατέρος;

Θρε, μόνον τὸ ποίμνιον. Στοχισθεὶς εἰργανεύεται, μετὰ τὴν καθεσαμένων πρεσβυτέρων. Τέτοιος ποιησας ἀντὶ μέγα πλέος ἐν κυρτῷ τοῦ ποιήσεται, πᾶς τόπος δέξεται ἀντὸν, οὐ γάρ κυρτός οὐ γῆκον τὸ αληθινόν εἶναι ἀντόν. Ταῦτα οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμελαιάτον πολιτείαν θεῶν ἐποίησαν καὶ ποιήσουσιν. i.e. Qui igitur inter vos generosus est qui misericors & caritate plenus, dicat: Si propter me sedatio, contentio & schismata orta sunt, emigrabo, abibo, quocumq; voluntatis, & que a plebe mandantur, faciam; solum Christi oecle cum constitutis supra se presbyteris in pace degat. Qui hoc fecerit, magnus sibi gloriam in Domino consiliabit, & omnis locus libenter eum suscipiet; Domini enim est terra & plenitudo ejus. Hac faciunt, & porro facient, qui vitam juxta normam Dei, cuius nunquam paeniteat, instituunt. Haec tenus Clemens, cuius & reliquæ πρὸς ταπεινοφρούνην, θλιψίαν, τοῦτον μετ' εὐσεβείας εἰρήνης cohortationes candore & simplicitate Apostolici viri dignissimæ, dignæ quoque sunt quæ legantur & altius in animum, hoc præsertim Ecclesiæ in orbem redeunte Corinthiacæ ad δικαιοσύνας mirificè pronæ statu demittantur. Id enim si fieret, multi profecto contentionum materias, neglecta charitatis lege Regia Jac. II., adeo largiter suppeditatas, removere, quam, quod tamen prohdolor! experimur quotidie, augere fatagerent, aliam omnem quam tot difficultatibus obnoxiam viam, in reformato quoq; Ecclesiæ tanto καυηλίῳ, quale Versio Lutheri nobis esse debebat, aut culpandis etiam importune ac impotenti animo reliquis ad bonum ordinem, atque disciplinam Ecclesiasticam pertinentibus ac totius publici cultus institutis, inituri, & ut habet Dionysius Alex.  
 (a) *omnia incommoda potius subituri, quam ut in Ecclesia Dei scandende concordia hujusmodi plurium malorum, ut mitissime dicam, præludiis occasionem præberent.*

X. Verum non hoc non tantum, quod modo innuimus, discrimen incurtere, atque periculo illi Ecclesiam objicere, Novas Interpretationes Germanicas certum est; sed etiam confusionum & perturbationum, atque hinc ortorum offendiculorum cauflam cauflam

(a) Euseb. H.E. L. 6. c. 37.

esse aut fore censemus quotquot novis ejusmodi translationibus  
 temere vulgandis incumbunt , quod nunc quidem pluribus osten-  
 dendum nobis erit. Illud igitur ut quam brevissime expediamus,  
 ad indolem ante omnia hominum hoc præsertim nostro ævo re-  
 rum novarum per cupidorum , & antiquorum quorumvis instituto-  
 rum, sacrorum non minus quam profanorum, fastidio laborantium  
 opus erit respicere. Cum vero ne cuiquam offendiculum pona-  
 mus , neque Judæis , neque gentibus , multo minus Ecclesiæ  
 D E I , sed ut eo modo potius omnia agamus , ut omnibus placea-  
 mus , nec nostra sed aliorum co[n]f[on]da queramus, ut & illis serventur .  
 I. Cor. X. 32. 33. jubeamur , ita quidem, ut Paulus, si forte esca fra-  
 trem scandalizet, se non manducaturum carnem in æternum asse-  
 veret I. Cor. VIII. ult., facile hinc, ut & ex judicio de conturbanti-  
 bus alios Gal. V. 10. lato patet, instituto tali graviter adversus hanc  
 legem divinitus latam delinqui. Quod ut clarius elueat, no-  
 tantum erit, non modo recentibus istiusmodi Versionibus homi-  
 nibus imbecillioribus, plebejis præsertim, quorum tamē maxima  
 est in Ecclesia multitudo & cura in primis tenerior habenda, suspe-  
 ctum redditum iri Lutheri laborem , quo huc usque usi fuerant,  
 ita ut eodem sine hæsitatione uti fruique vel non amplius sustine-  
 ant vel prorsus tandem nolint , quoniam non alicubi tantum ce-  
 spitasse bonum Lutherum, sed omnem omnino ejus operam muti-  
 lam & mancam si non falsam & erroneam totamque hinc retexen-  
 dam fuisse suspicio exorietur ; Sed & illud haud dubie tandem fiet,  
 ut si Majorum exigua saltem ætate antecedentium studia suc-  
 cidente ævo displicerint posteris, ut plerumque sibi videntur filii  
 parentibus oculatiiores , & Critica licentia quotidie majora capi-  
 at incrementa , alia ex alia Versio in lucem protrudatur , & ubi  
 manus vel improvidorum hominum occupaverint vel ex plebe  
 curiosorum, in contemptum tandem Lutheri translationis prorsus  
 abiciendæ omnimodum , aut certe plurimarum Versionum a se  
 manifeste dissidentium incertum plane usum degeneret isthac li-  
 centia. Ubi quidem hæc tandem discrepantia eum amplius even-  
 tum videtur habitura, ut quia Interpretum sive industria diligen-  
 tiori

tiori scrutamine altius in fontium sacrorum arcana penetrans, sive etiam, quod' multo frequentius contingit, ingeniosorum hominum novas in Scripturam inferendo sententias petulans solertia semper aliquid novi, velut ex Africa, ut ajebant Veteres, attulerit, nemo tandem noverit amplius, qua Interpretatione publice aut privatim uti debeat, aut certe, quæ Verba sunt D. Joh. Fr. Mayeri,

(a) *Singulis decenniis novam in Ecclesiæ Versionem introducere necesse habemus.* Ubi quidem prætermittendum illud quoque non esse censeo, quod, et si non in primis statim initii plenis quasi velis isthæc verum confusio sit invehenda, lapsu tamen temporis sensim aucta licentia sine omni dubio secutura sit, quibus incommodis in ipsis principiis obstandum esse, ne sera, cum mala per longas invaluere moras, medicina paretur, nemo non, qui in futura prospicit, cordatorum, mecum affirmabit. Qua fortassis etiam de causa nec Reformati Ecclæsis plerisque, certe in Germania, Lutheri Interpretatione deserta, aliam publicis usibus adhibere vixum fuit consultum, ut non per omnia ab illis eandem probari constet. Ceterum non alio magis exemplo luculentiori idipsum discrimen demonstrari potest, quam haud dissimili, qua Ecclesia nunc laborat, Compendiorum Theologicorum, & quæ res propter illiteratos majoris momenti est, Catechismorum inde a Lutheri ætate, neglecta hinc pene, apud quosdam certe, ejusdem opella, in immensum cumulum auctorum copia. Factum quippe est, eo modo caque licentia, ut 3. Theologæ cultores, qua Epitoma in studiis μεθόδῳ tractandis eligenda utantur, pæne, dum in Academias vivunt, incertihærent, aut magno suo cum detimento vagi luc illic oberrent; Alii vero ex rudioribus & simplicioribus ex terris ac civitatibus diversis advene, ubi explorantur eorum profectus, & de rebus divinis notitia, barbari sepe nobis, ac rursus, apparent; Præfertim si, quæ pastorum haud infrequens est imprudentia vel ἀνθράξ, in hoc certe errorum genere perniciössima, atque a Luthero in præfatione ad Catechismum minorem dudum reprehensa, accedat. Addere & possemus hymnerum non sem-

(a) Hist. Vers. Lush, c. X. p. 114.

per

per satis provide in Ecclesiis quasdam introductorum, contemps  
 subinde , sensim certe posthabendis tandem Lutheri itidem ele  
 gantissimis laboribus spiritum sublimiorem passim prudentibus  
 novorum, non imparia, peregrinis certe non æque conducibilia  
 conamina ac specimina , nisi de his agendi campus latior & circum  
 spectius judicium postularetur ab ipsa rei hujus magnitudine &  
 pondere. Nobis interim ad Metaphraſtarum nostrorum biblico  
 rum ſtudia regredi ex diverticulo quaſi placet, ut multo majora  
 ac certiora exinde ſcandala, ac conscientiarum perturbationes eſſe  
 metuendas porro doceamus, quaꝝ quidem ut ne ſingi a nobis imme  
 rito ſuſpicacibus quiſquam ſibi perſuadeat, notabili aliquo ſcenīa  
 cuiuſdam exemplo B. D. Spenero, dum viveret, occaſione Obſerv.  
 in Luth. Verſ. Menſtruarum oblatō, de quo in Theol. Judic. (a) egit  
 ac pro virili eidem quoque occurrit confirmari potest; de re  
 ipſa vero in ſequenti paragrapho diſferendum erit pluribus. In  
 terim non de nihilo mihi videri, ſed ad praesens iſtitutum pluri  
 mum facere affirmabo. Apostolorum Praxin & Exemplum Græ  
 cam , quam LXX. vocant Interpretum Versionem, inter Iudeos  
 uſu receptam & frequentius tractatam plerumque retinere quaꝝ  
 novis particularium etiam locorum translationibus difficultates  
 autoribus suis moovere volentium. Qua de re legi merentur, quaꝝ  
 ad locum Act. VII. 14. in Traditionibus Hebr. Hieronymus nota  
 vit : *Facilis eſt, inquiens, excusatio : non enim debuit S. Lucas in  
 gentes Actorum Apostolorum Volumen emittens, contrarium ali  
 quid ſcribere adverſus eam Scripturam, que jam fuerat genti  
 bus diuulgata; & utique majoris opinionis, illo duntaxat tempo  
 re LXX. Interpretum habeatur auctoritas quam Luce.* Ex qui  
 bus Hieronymi verbis illud inſuper colligi potest , obreceptam  
 aliquam Versionem etiam errores retineri debere , quod tamen  
 vix aliquis noſtrum de Versione Lutheri, ſicubi in ea tale quid oc  
 currat, affirmare ausus fuerit. Quantum vero huic argumento  
 ponderis iſſit ex B. Speneri, Viri certe non ſuperſtitioſi, verbis col  
 ligere licet, quaꝝ ex Parte IV. Theologicorum Judiciorum (b)

E 2

huc

(a) Part. III. p. 955.

(b) p. 233.

huc transcribemus : Sollten einige ungeschickte Eiferer  
 vor ein crimen halten / etwas darinnen (in Versione Lutheri)  
 zu corrigiren / hätte man solches unserer gesamten Kirche  
 oder Theologis noch nicht beyzumessen. Ein anders ist /  
 daß man nicht wol zugeben würde / so ich auch selbst nicht  
 rathen könnte / daß man in den gemeinen Editionen den  
 Teutschchen Text corrigirte / wodurch der gemeine Mann /  
 dem die andere Wort oft ziemlich bekannt / mehr nur  
 verwirret würde. So ist solches auch nicht noth / indem /  
 wer sich nicht tiefer in die Schrift läßt / als was zu sei-  
 nem Heil ihm nöthig daraus zu lernen / kan an dieser  
 Version genug haben / die ihm zwar nicht allemal des H.  
 Geistes Sinn mitgenügsamer Emphasi oder was gerad an  
 solchem Ort die Meinung gewesen / vorlegt / aber gleich-  
 wol nichts lehret / als was an sich selbst der Wahrheit und  
 andern Orten gemäß ist / folglich niemal in Irrthum ver-  
 leitet. Also bleibt solchen Einfältigen unsere Version zu  
 dem Zweck / darzu sie die Bibel zu lesen haben genug.  
 Welche aber mehr Gaben empsangen haben / lernen  
 entweder die Grund-Sprachen / oder mögen noch an-  
 dere Bücher lesen / aus denen sie genug / wo es dieser und  
 jener Ubersetzung mangelt / erschen können. Wir sehen  
 auch selbst in Christ und der Apostel Exempel / daß solche  
 zu ihrer Zeit mehrmals die Version der 70. Dolmetscher/  
 weil sie bei denen / die Griechisch kunnten / die gemeinste  
 war / anführen / auch in solchen Stellen / wo solche Dolmet-  
 schung den Grund-Text nicht accurat ausdrückt / da sie  
 aber lieber derjenigen schönen wollen / denen die Wort be-  
 kannt gewesen sind / sie nicht irre zu machen / als worinnen  
 die Ubersetzung nicht eigentlich genug gewesen / corrigiren /  
 wo es die Noth nicht eben erfordert. Hadenus B. Spenerus,  
 cuius elegantissimis verbis addimus nonnisi paucula ex Augustino  
 ejusq; Epist. CXVIII. ad Januarium, ubi scribit: *Ipsa mutatio con-  
 suetudinis, etiam quæ adjuvat utilitatem, novitate perturbat;* qua-  
 propter

*propter, que utilis non est, perturbatione infructuosa, conseq-  
ter noxia est.* Horum igitur vestigia legere satius erit, quam  
male feriotorum hominum sive amore exexcatorum consiliis  
uti. Ceterum quemadmodum sine periculo, si qua opus fuerit,  
possit Versionis publico consensu receptæ & tam diuturno ac fa-  
luti usu comprobatae emendatio suscipi, inferius Sect. IV. dis-  
quiremus.

XI. Enimvero uti futura hæc contingentia maximam partem  
spectant pericula ; ita certius omnino est, quod §. VII. subinuimus  
discrimen corruptelarum doctrinæ in Ecclesiam invehendarum hu-  
jusmodi nove contextarum in Vernacula Interpretationum auxi-  
lio, inprimis, si privato cūjusque arbitrio sine Censura publica  
res omnis sit relinquenda. Novimus enim, ex quo plantari cœ-  
pit Christi Ecclesia, quam temere in divina Scripturæ S. oracula  
ausi sint involare omnis generis Veritatis divinæ hostes; novimus  
etiam uti vel maxime pro genuinis primum suppositiis, quasi di-  
vinitus scripta, substituere omni conatu laborarint, præsertim prioribus Seculis, unde de Pseudepigraphis Apostolicis integri Viris eru-  
ditis (a) Commentarii nati sunt; Neque ignoramus, quam auda-  
eter, postquam fraudes illæ fuerant detectæ, in ipso sensu Verbo-  
rum vero ad præjudicia sua detorquendo desudarint; multoque  
minus ignotum esse cuiquam potest, quibus pigmentis recentio-  
res sua incrustare dogmata specioso dictorum Scripturæ apparatu  
hodieque studeant, atque permultos subinde decipient, inter-  
que hos etiam illi, qui cum revelatæ in Scriptura Veritati tan-  
quam unico salutis viam cognoscendi principio parum omnino  
aut nihil tribuant, testimonis tamen Scripturæ in rem suam ob-  
torto quasi collo pertractis uti haud verentur, Angelos lucis si-  
mulantes, ubi sunt tenebris occæsatissimi. Quid proinde putas  
futurum, si, quod illi exoptant omnibus votis, licentia detur, suo  
cūjusque arbitratu & consilio, nulla præsertim Censura aut lima  
inducta, quam omni modo se fugere vel ipsum impressionis locum  
reticentes, aut judicia aliorum, nisi sui similium declinantes (conf.

Joh. III. 20.) subindican, in lucem publicam pro lubitu mutata edere biblia eorumque interpretationa somniis suis accommodata promiscue liceat? Annon strata haec fuerit omnis generis errorum per Ecclesiam puriorum disseminandorum & parata via, ac lata quasi & aperta fenestra? hoc quidem nostro jam aeo tanto diligentius occludenda, & quibusunque fieri par est adminiculis obsepienda, quanto majus a Fanaticismo occultius serpente atque ad plebeculam rudem quavis methodo & quibusunque cuniculis ac imposturis propagando est periculum, quanto major audaciorum & in Veritatem Evangelii Christi temere grassantium hominum & multorum satis & perspicacium saepius ingeniorum versutia, ac ratio agendi plane veteratoria. Quemadmodum & alias fere semper observare licuit in tenebrionibus varii generis sententiarum semel conceptarum tenacibus, ut, quæ non audent aperte negare vel affirmare, certissimis testimoniosis firmissimisque argumentis confutata, eorum fidem occulte & clandestinum labefactare suasque stabilitate conentur nugas. Quominus autem ad incerta suspicionum haec omnia referas, in memoriam quæso revoca, quæ Cap. I. cum de reliquis a Lutheri Versione degressis, novamque condere aggressis, tum vel maxime de Crypto-Calvinianorum, ut appellantur, conaminibus dolosis quanquam irritis dicta sunt, ut clandestinas Socinianorum machinationes ex superiori aeo nemini prope ignotas, antiquioribus Arianaorum, Nestorianorum & Acephalorum atque Monothelitarum &c- fraudibus plane similes hic fileamus. Quod ad Reizii certe Interpretationem Nov. Test. attinet, ejus edendæ consilium Cap. seq. attingere licebit, hoc vero loco illius inter Fanaticos, neglecta Lutheri multo eleganteri & clariori, estimationem atque usum frequentiorem esse norunt, quibus consuetudo familiaris cum ipsis intercedit. J. G. Rosenbachio certe, cum in his terris oberraret περιεγών, eam magis quam Lutheri Versionem arrisuisse constat, qua etiam secum gestata usus fuisse in colloquiis dicitur; a Reizio vero quid expectandum sit sani, non officii modo sacri, quod deseruit sponte, causa, sed etiam scripta,

illud

illud præsertim, quod supra allegavimus de justitia Dei Socinianum aperte incrustans, atque alia plura docent. His ubi porro addideris morem inter hos homines receptum, quo quicquid a sua partis sociis qualicunque auctoritate, dummodo pietatis speciem aliquam præbeant & prætexant, dicitur, ambabibus quasi arripiunt manibus, & commandant omnibus, adhaec navaturientium ingenia, qualibus hodie universus orbis plenus est, ut quicquid fere antiquum & inveteratum est, sordeat, quod autem novum & insolens tanquam de celo delapsum adoretur, quasi & veluti gangrena proserpat (II. Tim. II. 23.) consideres intimius, nihil amplius erit, quod huius argumento a latente in herba angue nobis ut caveamus monenti robur conciliare possit vel debeat. Non possumus tamen non hunc ipsum novarum Versionum recens emissarum scopum ex singulari quoddam indicio clarius detegere, quod Joh. Conr. Dippelius nuperime demum velut misericordia sorex se suosque prodens, suppeditavit, quando (a) mire ac propemodum blasphemè in articulum de justificatione invectus odio præsertim justitiae Christi imputatae, quam Lutherus aliquot locis N. T. explicate expreßerat, ita de toto negotio mentem suam exposuit: Es gestehet Lutherus offenherzig/ scribit, daß ihm in den Briefen Pauli die Worte: Gerechtigkeit Gottes (δικαιοσύνη Θεοῦ) die im Evangelio offenbahren seyn/ nicht Allerdings gefallen; weilen es scheinen möchte / als ob Gott sich als ein gerechter Richter im Evangelio offenbahrte; darum er sich überall die Freyheit nimmt/wo nur im Neuen Testamente diese Worte gefunden werden / es zu übersetzen/ entweder/ die Gerechtigkeit die vor Gott gilt/oder die Gerechtigkeit/die Gott giebt. Und solche Freyheit braucht er auch an angezogenen Ort der Epistel an die Philipper (intendit digitum ad Philipp. III. 9. quem D. D. Karkewitz ipsi opposuerat,) wann er das/ was heißt die Gerechtigkeit aus Gott/ übersetzt: Die Gerechtigkeit/ die von Gott zugerechnet wird. Hierans ist offenbahr/ daß die:

(a) Im Schild der Wahrheit gegen die Auflagen D. Kracken'hen Laodice in 4to an. 1705. Cap. I p. 8. & 9.

ser Glaubens-Grund in der Schrift ganz fremd müsse seyn / weil es um ihn zu stabiliren nöthig war überall Zusäthe zu machen und zu verdrehen / und daß Lutherus, wann er kein Augustiner gewesen / numeros mehr solchen Sinn der Heil. Schrift würde angedichtet haben &c. Manifeste enim hoc ipso innuit, in Versionibus hisce novis ab amicis ejusdem adornatis, ut intra ambiguitates delitescere hi homines possint, queri, & clanculum eliminata vera, quam Lutherus expressit, sententia, errores periculosissimi, accedente qualicunque in explicatione facundia incautis persuaderi queant, quod uti ipse miser Democritus I. c. notabili specimine novæ Versuum quinque Capitis ad Rom. VIII. priorum Versionis demonstratum dedit liquidius, ita fideliter jam antea Reizius in Versione sua observavit, haud dubie a sodali edoctus: ut adeo de intentione horum hominum dubitandi nihil causæ supersit, quam & videtur idem in præfatione subinnuisse, translationem sacri fontis de verbo ad verbum insituendam, de quo inferius, maximopere urgens. De Trillero quidem mitius sentirem, nisi eundem quoque in ipsis verbis institutionis S. Coenæ (a quibus una cum Reizio, sicut & a ceteris Catecheseos sumis capitibus non nisi cum Confusionis & scandali infirmiorum metu aliter reddendis & nimutandis non abstinuit,) ἀφεων ἀμαρτιῶν per Abslassung von Sünden consentiente itidem Dippelio qui vertendum esse jubet Abschied der Sünden / Weg-treibung der Sünden mira detorsione & vel ex Oratione Dominica refutanda, l. c. pag. 39. reddidisse deprehenderem, atque hinc utriusque labori υπονόμων τι subesse conicerem; quanquam & hic conjectura opus non amplius sit de reliquis, postquam & ipse Trillerus de summo Justificationis Artic. quid sentiat P. I. Inquit in loca quædam N. T. satisclare patefecit, ut nihil adeo sani in utriusque instituto quererere ausim, de similibus vero simile judicium ferendum putem.

XII. Sed faciamus procul abesse a tali & tam infausto instituto insidias veritati Dtvinae struendi saltim aliquos neque malo animo hujusmodi transformandæ versionis Biblicæ opus suscipi,  
(quod

(quod certe rarissime fiet,) imprudenti tamen consilio ac perpetram illud agi, videtur verosimile ob Ecclesiarum nostrarum ac ipsius Lutheri ejusdemque opellæ inde a primordiis Reformationis contextæ hostes & obtrectatores omni tempore lynceos, præsertim Pontificios, quibus eximio quodam modo illa semper fuit fides in oculis, quibusque in nœvis ejusdem conquirendis & exagitandis multum semper opera, integris indicibus ac voluminibus etiam compositis, positum fuit; Quibus profecto rebus nihil certius est, quam fore, ut si versiones ejusmodi temere evulgentur, in adversariorum tripodium, nostræ autem Ecclesiæ propodium, re apud rudiores & simpliciores præcipue, magnopere, ex more inter illos consveto, exaggeranda & divulganda, additis subinde, ut fieri solet, fragmentis, id cedat ac valeat. Id quod, si de integro quasi retexatur Lutheri interpretatio &, sicuti cceptum est fieri, æmulantium studia alios aliosque excitent, eo magis est cur metuamus, posteaquam ne ab imputationibus quidem variationis Doctrinæ nostræ, ex meritis verborum quorundem & perpaucorum quidem in Augustana Confessionis editionibus privatorum diversis forte obviis, adversarii nostri abstinuerunt, (ut ex Auguſtana & Anti-Augustana Confessione a B. Valent. Alberti jussu Elect. Sax. publico sub incudem missa (a) instar omnium patet) ad hæc jam diu ne singulorum quidem e nostris observationes ad Lutherum a dictatoria arrogantia liberandum scriptæ eo per cavillationem non semel inepite atque imprudenter pertractæ sunt. Sc. quod olim de gentilibus Smyrnenses in Epistola sua de Polycarpi martyrio querebantur, quod corpus præsidis sui terræ mandandum Christianis negaverint, ne relicto crucifixo hunc colere inciperent, perhibentes (verba erant, μὴ ἀφέτε τὸν ἵσταυρόμενον τέτοιον ἀρχωντικού στέβεσθε) (b) quorum utrumque per calumniam erat quidam dictum: apud imperitos tamen aliquid hærebat; ita ex analogia ne similis detur quibusunque adversariis nostris obtrectandi ansa, negocio quidem dissimili, minus certe necessario, curandum est; si vero fecus fiat a quibusdam, ut conciliare illud

F

possint

(a) Anno 1684. Lipsiae junctum ed. in 4to. IV. c. XV.

(b) ap. Euseb. H. E. I.

possint cum Apostolicis verbis Rom. XIV. 16. 1. Thess. IV. 12.  
1. Petr. II. 12. 1. Tim. III. 6. &c. ipsi videant.

**XIII.** Nos quidem id in præsenti agemus novissime, ut nec turpitudinis & inhonesti nota, etiam si cætera absint, istiusmodi carere molitionem patefaciamus brevibus. Tanto autem minus difficultatis illud habebit institutum, quo constantius semper & communis omnium consensu creditum est, Optimus Lutheri hac, de qua loquimur quave utimur. Versione ex fonte, germanica, eleganti, nitida, perspicua ab ipsis hostibus laudata (testimonia vide apud Dn. Dieckmannum præfatione ad Biblia in fol. & Dn. Junckerum in Vita Lutheri nummis illustr.) (a) imo commentarii vicem multis in locis explente, extitisse summa in Ecclesiam universam merita, ut, si vel hanc solam cœtui puriori sacro una cum Catechismo egregie itidem ordinato, operam navasset Vir summus, immortali laude vel eo nomine dignissimus esse, dignior certe veneranda beneficiorum memoria, qua vel solo rationis lumine ejusq; ductu instructi Sinenses Philosophi, sui Confutii posterritatem etiamnum, ut credunt, superstitem Ducatus titulo ac Dignitate hereditaria mactant ac, præter immunitatem a vestigalibus pendendis, eo quoque dignantur benefacto, ut ab omnibus, qui ad Doctoris gradum evehuntur, pignus aliquod grati animi erga avum, quasi minerval, accipiant. (b) Ab his autem grati animi erga Lutherum documentis, et si non per omnia imitandis, quam longe absint, qui non modo in ejus versionem censuram temere stringunt, sed penitus immutant, judicent veræ pietatis studiosi. Ut ut enim non ea sit & tam effrenis horum petulantia, ut, quod de nonnemine Matthesius narrat (c) virga Lutheri versionem ab eodem publice fuisse cæsam, non vereantur gestu externo imitari, reapse tamen a pari contentu parum quoque absunt. Indignum factum, ab honestis priscisque moribus ita degeneratum esse, ut, quem diem, quo finem translationi Scripturarum Divinarum imposuerat Lutherus, festive quotannis celebrare

(a) Edit. lat. p. 102. seq. (b) Vid. Couplettii & Intorcettæ ed. Opp. Confut. Parisi. 1687. fol. & in Actis Erud. Lips. Ann. seq. 1688. p. 253. seqq. excerpta.

(c) Conc. XII. d. Vit. Luth.

re consueverat, sicuti memoria proditum est, J. Bugenhagius Pomoranus, eundem pene atro signent alii lapillo. Eleganter hinc S. Th. Schoenlandius praefatione Examini Trillerianæ indagationi quorundam l. script. præmissa: *Ist das der Daniel scribit für so grosse Wohlthaten/ welche diejenige Kirche zu welcher Autor in seinem Tractätgen mit dem Munde sich zubekennen scheint/ von den lieben Vater empfangen? Es ist nicht sein den Brunnen aus dem man selbst nebst andern oftzmals getrunken/ zu trüben/ und den Baum/ nachdem man seiner Früchte wol genossen/ entweder gar umhauen/ oder doch als ob er ungeschmackt und ungesund Obst trage/ verdächtig machen.* Der H. Apostel Paulus lehret 2. Tim. III. 2. *dass unter andere uMißgeburten/ welche vor den gräulichen Zeiten in den letzten Tagen ausgehecket werden würden/ auch ~~χαριτονοι~~ undankbare sich befinden solten/ Leute nemlich/ nach Selnecceri glossa, die gegen Gott und ihre Wohlthäter sich undankbar zuerwiesen pflegen:* *Ob nun Autor nicht auch in die Rolle von dieser Gattung mit einzuschreiben/ das wird ihm sein Gewissen sagen.* Cui & nos hæc & aliorum ausa ac prudentiorum judicio omnia relinquimus.

XIV. Atenim non hoc tantum ingratii animi crimine tanti thesauri æstimatores iniqui sepe polluere mihi videntur; verum etiam / quod plerosque agitat vitium; nostri vero, qui Luthero insultant, suane ipsorummet conscientia ab eo se excusat in se descendentes probent / supercilioso alieni laboris contemtu ac supina Lutheri versionis negligentia, qua, dum se longe perfectiores datus esse aut superare etiam illam posse, quod res ipsa docet, existimant, vix fieri potest, quia cum fastu illam fastidiant aut despiciant. Evidem veritatis studium a plerosque suis hisce conatibus prætexi non ignoro neque enim charitatis judicio, meliora quæque sperantis i. Cor. XIII., huic titulo omnino refragabor, vix tamen credo recentissimorum speciminum authores fidem innocentiae apud omnes inventuros, cum vel sola etiam Lutheri

verba innoxia ac multo plerumque clariora, quam quæ ipsi substituant, innovandi pruritus, quæ indoles est hominum in mustaceo quoque laureolam querentium & haud incertus arrogans (δούκεσσος φίαρ appellant) character, contraria prodere videatur; nisi illud Comici sibi applicari malint, quod minime credo, hominem imperitorum & stolidorum esse, qui nihil, nisi quod ipsi faciant, rectum putant. Sed nolumus his immorari, cum sceleris, quod nominavimus, turpitudinem & Scriptura & fana ratio taxet; Iti vero an sint ab ea labe alieni, uti cummaxime videri volunt, an vero proprio quasi Criticis fastui obnoxii, quo vitio nihil intolerabilius, cujusque conscientia judicio indubitate definire possit. Illud igitur paucissimis tantum monebimus, difficulter novarum hujusmodi versionum conditores suo lubitu & arbitrio agentes a temerario in alienum & plurium officium involandi ausu, ubi nimirum, quod totius coetus sacri est, ne consultis quidem reliquis, sibi solis rapiunt, & quæ ad totam Ecclesiam spectant ordinanda, nimis audacter sibi attribuunt, liberos & immunes pronunciari posse; quam Allotrioepiscopiam i. Pet. IV. 15, nimia sui confidentia nixam denique, si & fraudes atque dolis insidiæque corruptelis Doctrinæ ecclæsticæ per cuniculos suggestiæ & in aliorum animas instillandis amplius, quod probavimus non temere nos vereri posse, accedant; nihil erit, quod non modo dissuadendum, sed damnandum etiam, hoc quicquid est instituti, in quamcunque etiam linguam transfundantur Dei Oracula jubeat; quæ tamen, cum non in universos sed singulos cadant vitia, nolumus hic verbosius urgere, sed explorationi cujusque, ut ita loquar, domesticæ ac Div. Omniscentiæ iterum commendare Verborum Pauli i. Cor. IV. 3. memores.

XV. Claudemus proinde hoc potius Caput elegantissimum B. Phil. Jac. Speneri verbis, quæ, quo majori in precio apud plerosque Fanaticorum, Optimi Viri Auctoritate sepius, quod non sine causa & hic repeto, petulanter abusorum, solent esse, eo plus apud omnes speramus ponderis habitura. Ita autem Vir perspicacissimus in Concione funebri ad Eph. III. 19. Ao. 1695. quæ verba

verba repetuntur in Appendix ejusdem an die aufrichtige Übers  
einstimmung cum Aug. Conf. S. 63. præmissis, quæ & nos pra  
mittemus seqq: Luther deutsch übersehete Bibel erkenne ich vor  
einen unvergleichlichen Schatz unserer Kirchen / davor wir  
Gott nicht genügsam danken können/ also/ daß ich denjenigen  
vor den undankbarsten Menschen halte/ der solches nicht  
von Grund der Seelen erkennt. Wie sie dann alle Über  
sehung/die vor ihr gewesen sind/ als viel mir bekannt wor  
den/gar weit übertrifft / so gar / daß andere nachgefolgte  
theils nicht einmal so gut es gemacht / und auf unterschied  
liche Weise alles cher verdorben / theils ihm zu danken ha  
ben/ daß sie so weit gekommen sind/ & paulo post eadem atque  
alia plura non iusta encomia in conc. laudatapergit: Es wäre die  
größte Undankbarkeit / wann wir dieser unserer Kirchen  
erzeigte Wohlthat läugnen oder gering achten wollten.  
Tandem in eadem concione : Daher kein Zweifel ist / daß  
eine noch vollkommenere und richtigere Dolmetschung  
versertiget werden könnte/ obwohl die Evangelische Kirche  
eine andere dergleichen einzuführen um Anstoßes der  
schwachen Willen / Bedenken trägt : Indessen bleibt  
frey/ ja ist zuweilen nothig/ so in Predigten als in Schrif  
ten da und dorten einige Verbesserung anzugezeigen / und  
folget nicht/wer etwas bessern wollte/ der müste dann von  
grossen Gaben/Geschicklichkeit und Geistes-Krafft seyn/  
als unser lieber Lutherus gewesen/dessen sich wol niemand  
wird anmassen sollen. Denn nachdem Lutherus das gan  
he Werk auf eine solche herrliche Art in Gottes Segen  
versertiget/ da er noch nichts gleiches vor sich gehabt hat/  
so kan einer/der ihm bey weitem noch nicht gleich ist/ und  
wann er nicht schon Lutheri Arbeit vor sich hätte/ nicht den  
zehenden Theil dessen/ was jener gethan/ ausrichten würde/  
in einem und andern gleichwohl einiges verbessern ; wie ein  
kleines Kind/ das einem grossen Riesen auf der Achsel sitzt/  
schon etwas weiter sieht/ als der Riese/ ob es wohl/ wann

es neben ihm stunde/bey weltem so weit nicht / als derselbige  
gesehen würde / und ein kleines Kind / jener aber ein Ries  
blebe. Also bleibt doch Lutherus noch grösser als die/  
welche so viel bereit aus Ihm gelernet / daß sie zuweilen  
auch etwas an der seinigen Übersehung zu bessern verste-  
hen. Wie auch sonst an einem andern Kunst-Stück ein  
solcher ein und andern geringen Fehler zeigen und bessern  
kan / dem es woltüberbleiben würde / wann er das Kunst-  
Stück selbst versetzen (addimus, von neuen unarbeiten)  
sollte. Daher es Christl. Lehrern nicht zu verdanken/  
noch übel zu deuten ist / wo sie bey Gelegenheit von Lutheri  
Dolmetschung etwas abgehen / einen mehreren Nachdruck  
aus dem Grund-Text weisen / und worinnewt etwas  
versehen / mit einer Aenderung ersehen / nur daß es be-  
scheidentlich / ohne Undankbarkeit gegen die empfan-  
gene Wo'that / und ohne Anstoß der Schwachen /  
zu thun getrachtet werde. Quæ conditiones in singula-  
ribus quoque & rarioribus locis adeo necessariae & reliqua etiam  
prudenter observata, utrum ad novos Metaphraستas nostros a no-  
vo Testamento frequentius in manibus omnium versante exor-  
tos haud dubie ulterius progressuros, & quousq; quadrent, atq; cum  
eorum consiliis consistant, Lectores judicent. Nos verbis hisce  
plusculis sed notatu dignissimis sapienti cuique sat dictum  
existimamus, & pedem promovemus ad

## C A P. III.

Avatonevaginor.

seu

*Adversa partis objecta verosimiliora destruens.*

I.

**A**ltera pars nunc audienda nobis occurrit ; ubi quidem, quo  
gravius est negocium, de quo disquirimus, eo magis ut ratio-  
num momenta ponderentur, quibus ad illud se inductos nonnulli  
arbi-

arbitrati sunt, necesse est. Atque hinc dispiciendum erit non tantum, quomodo objecta sibi vel crima vel susceptorum discrimina amoliantur; sed etiam vel maxime, quemadmodum institutum suum tueantur, atque ostendendum sibi in primis rati sint, quo fine & modo ad edendas elucubrandasque suas Sacrorum Voluminum Versiones acceperint; illud denique quam studiosissime confiderandum erit, quam ob rem non in quibusdam tantum locis, sed per omnia propemodum a Lutheri interpretatione discedendum, eidemque novam prorsus substituendam autumaverint. Brevior in Apologia Novo Testamento præmissa hac in parte Reizius est, fusior & operosior Trillerus; ille, ut puto, Ecclesiae nostræ, cui addictus nunquam fuit, sed Reformatæ, contemtu, & majori quasi, quanquam aliud præ se ferat, neglectu Lutheri, certissime omnium Fanatici spiritus, quo & Reformatorum partes dum deseruit, impulsu exstumulatus; hic vero, venerationis & reverentia in Lutheri merita qualicunque sensu, non nihil, uti videtur, modestior, atque inde in coloribus caussæ suæ querendis laboriosior. Unde & hujus potissimum argumenta sub examen revocare animus est, additis postea dubiis a Reizio motis neque prætermisso dehinc Seebachio ac Felgenhauero, aut si qui aliunde subnascentur scrupuli non omnino tacendi.

II. In his, quos nominavimus, quanquam postremo loco dictus, primum tamen ob insignem impudentiam & reliquorum temeritati vix æquiparandem, audiendus, quippe qui, illam, qua nos utimur in Ecclesiis nostris supra sesqui-seculum, Lutheri Versionem genuinum ejus esse foetum nugacissime inficiatus est eamque adulterinam ac supposititiam, licet ipse seculo jam exinde integro elaplo vix vite initium habuerit, (superiori enim seculo medio claruit) proclamat; Paulus is est Felgenhauer, Bohemus patria, Medicaster professione, religione fanaticus famosissimus Bederkesæ vici haud procul Brema siti diutissime, postea vero Belgii incola. Ita enim in *Δειπνολογίᾳ* (Amstelodami in 12mo edita,) scribit, verba, Auctoris nomine omisso, divulgante Arnoldo: (a)

Wer

(a) Kirch u. R. Hist. part. II. Libr. XVI. cap. 9. §. 14 quæ tamen paullo alter recenset ex Felgenh. ipso inspecto Diecmannus præf. cit.

Wer Verstand hat / der weiss gar wol / daß Lutheri erste  
 Schriften viel geistreicher seyn/ als die andern und letzten.  
 Eben also iss auch mit seiner Version d'r Bibel ins  
 deutsch; nemlich Lutheri seine eigne tantsche Version ist der  
 Wahrheit so wol in Hebräischen als Griechischen gar viel  
 hin und wieder ähnlicher / als die letzte / welcher mit nich-  
 ten Lutherus, sondern ein Bürger damals in Leipzig/ ein  
 guter Hebreus , aber nicht ein gerechter Dolmetscher ge-  
 macht/ und Luthero zugeschickt hat/ ob Er sie nicht canonisi-  
 ren wollte / welches Lutherus auch gethan/und zwar / weil  
 dadurch wegen der Ziernlichkeit der tantschen Sprach (quasi  
 aliorum opera hic indiguisset Lutherus!) desto mehr Leuthe im  
 Lesen derselben möchten zum Evangelio , wie sie meinten/ ge-  
 wonnen werden. Aber wir sind schändlich betrogen wor-  
 den / denn die wahre und rechte Version Lutheri ist Ao. 1529.  
 zu Worms in fol. gedruckt/ deren das erste Exemplar ich in ei-  
 ner alten Liberey gefunden / und zu mir mit Freuden er-  
 kaufft / bin aber im Kriegs - Wesen in Böhmen / meinem  
 Vatterlande nach dem Fleisch wieder darum kommen re.  
 & paulo post eum dictam versionem in lucem iterum protrahi  
 optasset: ferner mögen wir wol sagen/daz wir nicht eins eine  
 rechte translation deutsch N. T. haben / geschiweige denn die  
 ganze Bibel ic. Denique post Photinianorum versionem reje-  
 citam , und wäre hochnothig auch nur ein gerechtes N. T.  
 zu haben ic. aber des Schadens will sich niemand anneh-  
 men/ — aber ihr Felten die ihrs sehr wol thun könnett/  
 werdet an jenem Tag Christo nicht antworten können/  
 & plura alia. Ex quibus luculenter patet, illud intendisse temera-  
 rium hujus asserti autorem, vel eum, cuius opera haec innotuerunt,  
 antea vix a quoquam memorata,nostram,qua supposita sit & falsa,  
 cum Wormatiensi , que sola nomine Lutherana digna sit esse  
 commutandam , vel tanquam dolo malo fictam cujusque arbitrio  
 tanto magis exponi corrigendam reformandamque, ita, ut qui no-  
 väe versioni , quisquis sit,sese accingat , non modo ingens operæ  
 præcium

precium sit facturus, sed etiam si intermitat, vix D e o rationem  
negligentiæ reddere possit. Sed optime factum, quod cum pa-  
rum antehac de vegrāndi isthoc mendacio fuerit inauditum, statim  
post illud in vulgus ab Arnoldo Sparsum vindicias pro Lutherō  
totaque Ecclesia Evangelica feliciter paravit validissimas, Vir de  
Lutheri Versione ejusque puritate conservanda insigniter meri-  
tus Dn. D. Joh. Diecmannus Superint. Stad. celeberrimus, di-  
gnum illud figmentum ratus, cui totam pæne præfationem no-  
vam Biblii Germ. in fol. A. 1702. publ. præfixam, & a priori, formæ  
minoris, plane diversam impenderet, idque solidis dilueret argu-  
mentis. Quorum ut in conspectu quasi brevem tibi, Lector bene-  
vole, exhibeamus summam ex editione illa non ubique obvia, ob-  
servationibus nostris interspersis, notabis, primum ab auctoris ad  
hoc testimonium ferendum, quippe hominis plane fanatici & in  
Ecclesia nostra denigranda penitus occupati inhabilitate omni-  
moda desumptum argumentum, plurimis ex ejusdem scriptis de-  
promptis locis fuse confirmari, mox autem a deleto sufficientis,  
imo vel verosimilis saltem, probationis hujus asserti temerarii  
idem stabiliri, nullo quippe fide digno historiarum monumento  
antiquiori atque temporibus istis viciniori producto firmati; qui-  
bus tertio accedit civis illius, quem finxit *Felgenhauer*, tanquam  
auctorem nostræ Versionis verum, apud omnes ignoratio, utpote  
quem ne ipse quidem nisi vago, quod ajunt, pronomine, individui in-  
certa nota, indicare valuerit. Ut omittamus reclamare his nugis  
Lipsiensem eo tempore statum, (a) atque Lutheri candorem tan-  
topere a plagio alienum, ut etiam præfationibus suis scripta alio-  
rum exornare non detrectaverit, quo auctoriibus quæque suis tri-  
buerentur, & quæ addenda forent, nihilominus addi possent. Am-  
plius etiam prodere, ait Diecmannus, Wormatiensium Biblio-  
rum alium, quam Lutherum, auctorem styli discrepantium, quan-  
doquidem illa difficiles & salebrosos Helvetiorum Idiotismos cla-  
rissime repræsentent, Lutheri autem Versio hostibus etiam, ceu  
non semel monitum, consentientibus, nitore & elegantia verna-

G

culæ

(a) De quo vid, superius Cap. I. §. III.

culæ nostræ mirifice conspicua sit, ac celebretur omnium ore, qui Lutheri genus scribendi ac dictiōnē & scripta callent. In primis vero figmentum istud liquido detegit, quod particulares Lutheri librorum Scripturæ Versiones plurimorum, ne tunc quidem lucem aspexerint primam, siquidem anno 1529. præter Esaiam vel nullus vel pauci Prophetarum ab eodem in Germanicam nostram translati, ac præter Sapientiæ librum Apocryphi quoque ceteri Wormatiensibus itidem bibliis comprehensi post annum isthunc ab eo demum versi prodierunt, quos a. 29. a se Germanice redditum iri ad alios perscripserat, sicut ex Tom. V. Jen. Germ. fol. 121. A. dispalescit, atque ex Tomis Epistolarum, prælertim his annis exaratarum, passim colligere est. Ubi quidem porro etiam a Luthero sigillatim ante ea citra dubium conversorum in Germ. & Typis excusorum cum Veteris tum Nov. Test. librorum reliquorum, uti Novi Testamenti integri, Pentateuchi, ceterorumque historicorum, &c. si cum Wormatiensibus hisce libris conferantur, manifestum discrimen urget; deinde quam diversa de Apocryphis senserit a Felgenhauero Lutherus, imo plane contraria ex præfatione ejusdem in libr. Baruch satis superque nota docet, & ad postremum denique cum ex his, tum rationibus temporum ac styli forma & Phraseologia in Worm. bibl. ubique obvia colligit, ex Helveticis seu Tigurinis, quorum altera tunc temporis prodierat editio, hæc esse desumpta, idque ulterius Apocryphorum convenientia & conditione præcipue commonstrat; si quæ vero mutatio-nes occurrant, quales non paucæ, ut fatetur ibidem reperiantur, ab editione Tigurina saltim a. 30. recusa discrepantes, has a novis editoribus corrigendo Helvetiorum idiotismo operam impenden-tibus esse profectas conjicit. Hæc Dn. Diemannus ad audaciam Felgenhaueri retundendam, & nugas ejusdem dissipandas sufficien-tissime putat dicta.

III. Nobis nihil quidquam his addere visum est, nisi quod pri-vilegium quoque Bibliis Lutheri ab Electore Johanne concessum præfixumque & Georgii Rorarii strenui certe Lutheri para statæ Præ & postfationes, atque a Mathesio illius familiari literis con-signata

signata descriptio non Versionis tantum, sed & modi ac methodi translationis hujus, ac aliarum Circumstantiarum enarratio distincta amplissimaque, una cum altissimo æqualium omnium silentio, commentis istis in cerebro Felgenhauerinatis, vel ab alio iatis quoque aduersentur luculentissime. De reliquo utrum Hetzerus & Joh. Denkius non inerudit, ut supra observatum, Anabaptistæ, quorum hic vulgo Norimbergensis dicitur fuisse cognominatus, Bibliorum Wormatiensium auctores editoresque utique fuerint, ut quidem Dn. Val. E. Löscherus (*a*) tanquam sibi exploratum affirmat, necne, penes Criticos & Chronologos estò judicium, quorum his fortasse scrupulum movebunt historiarum monumenta, quibus Hetzerus iam die IV. Febr. ejusdem anni Constantiae propter adulteria frequentia & Anabaptismum decollatus, seu ut Seckendorfius habet, combustus perhibetur Denkius vero, ut ex ejus Epistola, quæ inter Zwinglianæ & Oecolampadianas extat, refert Hornbeekius, (*b*) in viam reductus anno precedenti 1528., pie mortuus traditur, quæ conciliari vix possunt, nisi ab his opus istud Bibliorum impressorum inchoatum, a sociis vero pluribus ad colophonem denique non multo post utriusque sata perductum fuisse suspiceris; utrumque enim nec probabilitate in se caret, nec ab istius ævi Anabaptistarum colluvie satis numerosa ac mutuo auxilio abhorret. Una supereft, quam superioribus adiicere placet, origo fabulæ hujus Felgenhauerianæ Dn. Diecmanno ac reliquis fortassis ignora, atque hinc eo magis mirantibus figuranti audaciam, cum nec vola nec vestigium hujusmodi civis Lipsiensis, cuius plumbis se exornaverit Lutherus, qui tamen in ista luce Evangelii latere non potuerit, se deprehendere posse affirmant. Verum, nisi me omnia fallunt, derivanda mihi illa videtur a D. Bernh. Zieglero Ebr. lingua Prof. Lipsiensi, & Mathesii testimonio insigni Ebraeo (*den theuren Hebraisten* vocat,) Luthero vero, ut ipsiusmet verbis enunciem, libro de Schem Hamphorach (*c*) *seinen Herrn und Freund* dicto, ac alias sepius amice la-

(*a*) Nachschub, Nachrichten a. 1706. VI. Ordine p. 329. (*b*) Summa Controv. L. V. p. 341. (*c*) Tom. VIII. Grm. fol. 135.

dato, quem consuluisse Lutherum haud raro, & tanquam peregrinum ad opus Versionis perficiendæ collegium illud Wittenbergense sociorum Lutheri accessisse subinde idem Matthesius ibidem (a) refert. Quæ cum audivisset Felgenhauer, aut ab aliis, quod videtur, harum rerum atque historiae integræ minus gnaris acceptisset, in eam forte venit sententiam, ut civem quendam Lipsiensem auctorem ipsius Versionis, quem adjutorem potius appellare conveniens fuerat, aut consiliarium, venditarit. Quomodounque deum res seſe habeat, nobis tamen veram Lutheri Versionem etiamnum in Ecclesia superesse eaque uti licere tanta solertia cinnata sufficit in præsenti, ut adeo aliam sive antiquam illam Tigurino-Wormatiensem interpolatam recudi, sive novam de integro adornari opus, neutquam sit.

IV. Huic admodum audaci falsiloquio aliam addimus haud paulo minus crassam calumniam Rich. Simonii Orat. Presbyt. Galli, & Critici celeberrimi, qui, cum alias emundiorum narium esse soleat, & in protestantium quoque scriptis censendis æquior, foli vero prope Luthero iniquissimus, eo, quod supra allegavimus, capite (b) illum accusat inter alia, quod nimis se in tanto opere præcipitem, cui adornando & perficiendo multo plures anni, quam ipse insunxit, insunendi erant, præstiterit, atque hinc nimis festinationis reum agit; hoc ipso scilicet nævo, quo labore, exiguam dignitatem & auctoritatem illius Versionis esse debere ostensurus, ac contemtoribus illius pollicem pressurus, qui, si limatiorem & studiosius elaboratam, aut castigatiorem Ecclesiæ subministrare posse credant, quanquam ipse huic e fontibus Versiones componendi studio ex instituto, nescio tamen an serio, repugnet Simonius, mirum in modum hac cavillatione se tueri possent. Sed nulla est hæc quoq; diluendi difficultas, cum vel sola temporum rationes, & historia atque Chronologia superioris ævi in primis series librorum sacrorum a Luthero inde a custodia in Pathmo sua, ubi latitabat, a 1521. transfundи cœptorum multisque vicibus, quod fatetur Simonius,

sed

(a) Conc. XIII, de Vita Lutheri. (b) Lib. II. cap. 23. Hist. Crit. V. T. p. 127.  
ex Versione Versei.

sed illud quoque in malam partem interpretatur , recognitorum  
 tum particularium Voluminum , interque hæc cum primis Novi  
 Testamenti ac Psalmorum revisio iterata ac integrorum Bibliorū  
 rum prima alterave, ac tertia fortassis etiam paulo ante fata ejus-  
 dem editiones correctiores , quarum adhuc plures fuisse Krafftius  
 & Posseltus II. cc. cap. I. receperunt se demonstratos , mo-  
 ram sufficientem ae necessarium tantæ rei spaciū, & diuturnum  
 laborem una cum aliis pluribus impensum ostendant ad oculum.  
 Quibus addi merentur , quæ de ipso Lutheri cura ac sollicitudine  
 in translatione sua primum adornanda ac sensu Spiritus S. non te-  
 mere & præcipitato labore , sed multa meditatione ac considera-  
 tione exprimendo scripta supersunt ; Ubi supra Cap. I. §. II. me-  
 moratum est , sèpe per duas tres & quatuor hebdomadas unico  
 saltem vocabulo quærendo cum amicis insudatum fuisse , quæ  
 omnia Matthesius sigillatim , ut partes fuerint distribuite , atque  
 Lutherus veterem vulgatam , & novam suam traductionem Ger-  
 manicam una cum fontibus , Philippus Melanchthon Graeca , Cru-  
 ciger Ebraica & Chaldaica , Bugenhagius Latina , Jonas Auro-Gallus ,  
 Zieglerus etiam & Forsterus Rabbinica biblia in medium attule-  
 rint , ac suam quisque sententiam publice proposuerint , ostenden-  
 tes , quomodo ea vel cum Grammatica conveniret , vel ex Tex-  
 tus serie fueret , vel denique (a) testimonio eruditorum confir-  
 maretur , uberior recenset . Eant nunc calumniatores Lutheri  
 diligentiae , & depróperatam ejus fuisse translationem porro  
 nugentur ; nihil enim plus fidei obtinebunt inter gnaros Reforma-  
 tionis historiæ , quam qui parim mendacio summa festinatione ac  
 maximo metu Angustanam Confessionem fuisse conscriptam ad  
 ejusdem quoq; auctoritatem elevandam perhibuerunt , cum tam en-  
 ex quo confecta illa fuerat , sex integræ septimanæ ab XI. Maij ,  
 usque ad XXV. diem Junii ad recognitionem superfuerint , de quo  
 B. Carpzovius in Isagoge Part. I. p. 105. & 121. amplius legi potest .  
 Nihil igitur & hæc causam nostrorum Neo-Metaphrastrarum juva-  
 bunt , recognitionem vero suscepisse Lutherum in laude potius

G. 3.

quam

(a) Conf. D. J. H. Maji selectiorum disserit de Scriptura S. diss. IV. p. 118. seqq.

Quam vituperio ponendum esse, neminem sanæ mentis credo in  
ficiaturum. De quo, ut & reliquis huc pertinentibus inferius  
§. 14. plura.

V. Ut aperta est hujus accusationis & licentia hinc pro re-  
texenda Versione Lutheri sumtæ iniquitas, ita multo minus in  
ipsam Ecclesiam nostram æquos se præbent, quicunque sive abs-  
condite sive patentius, nisi omnimoda indulgentia hujus translatio-  
nis reformandæ concedatur, & a conatu isthuc, ne temere suscipiatur  
revocentur, authenticam ita reddi & declarari eandem cavillantur, de  
qua re nunc distincte differendum nobis erit. Aperte & sine ter-  
giversatione, scilicet ut Vulgatæ Versionis auctoritati, quam fuisse  
authenticam declaratam in Concilio Tridentino Sess. IV. Decret. II.  
in vulgus notum est, eo quidem sensu ne quis rejicere illam quo-  
vis prætextu audeat vel præsumat, quomodo cuncte patrocinia-  
retur, idem de nobis & nostra Lutheri Versione audacter affirmat  
Bellarminus. (a) quando, Lutherani, scribit, volunt *Solam Lu-  
theri Versionem habendam esse authenticam, ut patet ex Decreto  
quodam Lipsiensi, cui Aelanchthon, Pomeranus, Majoraliique  
permuli subscripterunt; de quo decreto vid, Staphilum in tertio  
Topico predicatione Lutherana Theologia. Tectius idem, pæne  
sola verborum modestia majori usus, asseruit Godofr. Arnoldus.  
(b) Sic enim iste paulo ante Felgenhauerianum de Luthero judi-  
cium, quod illuminatis tanquam memorabile exposuit, ait: *Daz-  
her so gar k. in Gdhe aus dieser (Lutheri) Version zu machen/  
daz vielmehr NB. alles mit Danksgung anzunehmen ist/  
was Gott undern für Liecht und Weisheit in dieser Sa-  
che giebt*. Ex quibus verbis liquido apparet, nisi omnia novas-  
que adeo etiam Versiones, quarum ipse quoque specimen de-  
disse supra dictum est existimari, serena fronte acceperimus, aut  
temerarios hujusmodi ausus hoc præsertim rerum statu dissuade-  
amus, persuadere sibi Arnoldum aliisque ex Lutheri translatio-  
ne idolum quasi quoddam in Ecclesia nostra fabricari. Accedit  
denique præter alios & Trillerus, quando in præfatione Novo  
Testa-*

(a) Tom. I. Centrov. de Verbo Dei L. II. c. X. ab initio.

(b) P. II. §. & R. Hist. L. XVI. c. 9. §. 14. p. 160.

Testamento suo præfixa a. 3. sq. scribit : Eben darum streiter  
 unsere Theologi heftig wider die Papisten / wann diesel-  
 bige ihre Versionem Latinam Vulgatam pro authentica halten/  
 weil sie Hieronymus übersetzet / als wenn Hieronymus alles  
 so genau getroffen / wie es billig hätte seyn sollen. Auf  
 diese Version müssen die Mönche schwören im Pabstium/  
 daß sie darnach wollen lehren und dabey bleiben/ welches  
 denn Lutherus, da er noch ein Mönch war / auch gethan;  
 dennoch aber ist er bei Erblickung eines Fehlers in seiner  
 Übersetzung davon abgegangen — — — Was  
 nun Lutherus frey gestanden/ solches muß einem jeden Chri-  
 sten / der sich seiner Seelen Seligkeit sorgfältig lässt an-  
 gelegen seyn / noch frey stehen/ und kan er meines Erach-  
 tens solches nicht verschweigen / sondern muß es andern  
 offenbahren &c. Non enim hæc alio spectant, (quod scopus  
 hujus præfationis de novo conatu rationes reddituræ manifeste  
 docet) quam ut ostendat, & nos si Versionum novarum pro-  
 missæ in Verbiæ evulgandarum non faciamus omnibus po-  
 testatem aut studia hæc probemus, in eandem quoque supersticio-  
 nem Pontificiam non posse non relabi, vel ipsius exemplo Lutheri  
 explodendam.

VI. At vero in promptu quoque sunt , quæ adhæc non diffi-  
 culter reponi possunt. Etenim ut Cardinale illud mendacium, sicut  
 argute B. Scherzerus vocat , de Lipsiensi decreto prætermittamus,  
 quod vel sola fides deterrimi, ceu B. Seckendorfius eum appellat,  
 transfugæ sive Apostatae Frid. Staphyli, Eob. Hessi generi, dudum  
 decocta demonstrat , norunt sane ceteri, quemadmodum Penti-  
 ficiorum authentiam vulgate nondum emendatae adsignantium,  
 audacia ac temeritas à nostris constanter fuerit impugnata, non  
 tantum eo nomine, quod, si authentici Vocabulum pro primi-  
 genia Scriptura accipiatur, apertam contradictionem contineat,  
 quando Versio aliqua authentica dicitur ; verum etiam si de ex-  
 emplari, adeoque Versione cum Originali, ut vocant, exacte per  
 omnia congruente intelligatur, non ignorare possunt, præter er-  
 rores

tores Vulgatae bello Papali satis comprobatos, & ab ipsis Pontificiis postmodum etiam observatos, inter alia communī consensū nostri affirmare, nullam extare Versionem, inter omnes ab omnī ævo consecrātā, ab omni labē penitus immunem, id quod singulari quoque Dei consilio fontibus mājestatem & auctoritatē illibatam conservare volentis, atque per canales ad istorum latices deducentis sincerius divinissimæ aquæ pergustandæ gratia, adscribunt. Unde etiam inter stolidā numerasse eos constat postulata, quando ante annos non ita multos Hakius quidam Jesuita Borussus ut Versionem authenticam soli Lutherani ostenderent, exegerat, veluti in examine B. Melch. Zeidleri ac B. Joh. Guil. Bajeri dicti scrutatoris videri licet ; quorum hic breviter, & ut solet nervose *Lutheranorum hanc esse norit Jesuita*, inquit, *sententiam quod nulla Versio humano studio consignata sit authentica, quatenus authenticum esse idem est, atque ex se facere fidem, ut a nullo rejici vel in quaſiōnem vocari debeat.* (a) Et jam olim in Oratione de studio linguarum habita Phil. Melanchthon: *Germanice Propheta nunc a Luthero multo felicius redditi sunt : Has Interpretationes & ipse lego, & ut affidue legat populus opto. Interēta tamen in Scholiis fontes notisint. Necesse est igitur eruditiores, & quos Ecclesia vult custodes esse ac interpretes sacrorum Codicūm, nosse linguam Hebraam, ut certum sit, Interpretationes congruere cum fontibus.* Deinde nullatam felix Interpretatio erit unquam, ut non aliqua occurrant sphalma, & in locis recte conversis, tamen multum lucis adfert collatio. (b) Hoc ipso profecto quicquid de authentia Versionis nostræ suspicacibus in mentem venire possit, nullo negocio refellitur, sive Pontificiū sint, sive alio nomine appellari malint, sive nullo. Quod si vero protestationem factō contrariam esse, quo tendere videntur Arnoldi & Trilleri objectiones, excipiant, norint sane, non videri nobis consultum novas in Ecclesiā introducere Versiones non eo nomine eave de causa, quod Lutheri translatio, cuius usus in Ecclesiā publicus viget, omni castigatione & emendatione sit

(a) In Scrutinio Scrutatoris §. 23. (b) Conf. & B. Franzius de Interpr. S. Script. prim. praecept. p. 33, seqq. superi-

superior, atque ad amissim cum fontibus ubique concordet, uti Censuræ etiam publicæ condocefaciunt, sed quod superflua isthæc & periculosa, atque hac præsertim tempestate turbida summopere noxia Ecclesiæ nobis videatur ejusmodi suscepta opera ; In primis vero, si arbitrata quisque suo ad eam se accingat, atque manifestus, verbis hic revera facto adversantibus, hujus thesauri contemptus ex omni parte appareat, quod cum e præcedenti capite clare pateat, pluribus repetere & explicare nihil opus est. Proinde licet parem Versioni nostræ cum textu Hebraeo aut Græco auctoritatem non tribuamus, ita enim & ipse Lutherus fieri noluit, ejus tamen, tanquam fidelis interpretis (a) (der selne Wort alle auf die Geld-Wage gelegt/ und mit allem Fleiß und Treuen verdeutschet/ auch gelahrter Leute genug/ dabej gewesen (b)) testimonio & opera præ ceteris accurata uti non veremur, ministerium ejusdem non magisterium & adamantes & grato animo acceptantes, nec libertati censendi, sed licentia & petulantia hominum imprudentiorum ac de Ecclesia infirmorumq; salute parum curiosorum(c) rénitentes & contraeuntes. Rectissime B. Scherzerus : *Lutheri Versionis ingenuitatem (ex collatione cum fontibus innocentem) in progressu videbimus.* Uti cum non habemus pro infallibili, ita Deum admiranda in illum dona contulisse ne ipsa quidem calumnia negare ausit, citaque Wittakerum, qui Tr. de Pontifice R. Lutherum hominem Spiritu Prophetico & dono interpretandi admirabili prædictum nominet. Si qui vero in Panegyricis forte Orationibus, aut cum aliis Versionibus nostram comparando plus justæ videantur eidem tribuisse laudis, excusandi illi potius sunt, quam ad strictiori sensu intelligendi, multo minus novis speciminibus errorum errores isti confutandi. In summa ut complectar omnia : Non queritur, utrum authentica sit Lutheri Versio aut a nostris habeatur, nec ne ; illud enim falsissimum est, & per criminationem Ecclesiæ nostræ imputari tum experientia tum doctrina communis edocent;

H Utrum

(a) Vid. Franzius l.c. pag. 35. & Epist. de Interpretatione Tom. V. Jen. Scipius laudata. (b) Ut ipse loquitur præfat. in Psalmos. (c) Anticalv. Colleg. L. de script. p. 52.

Utrum autem, quod authentia hujus translationis decedit, nova Versione unius etiam hominis, multo magis quam Lutherus fuerat cum Synedrio suo lapsibus expositi, & præjudicis insuper existiosis occœcati, Ecclesia possit consuli, atque hinc temere hujusmodi labores vulgari, aut si vulgati sint approbari & laudari debeant, illud est in quo controversiae cardo vertitur.

VII. Interim non posse tamen nos inficias ire, porro objicit Trillerus, nœvis & erratis in Versione scripturæ obviis non carere Lutheri labores, quæ examinanda & emendanda utique sint, præsertim, si in Ecclesia falsa illi etiam errores defendantur, nec per conscientiam posse reticeri, si tales observentur, aut deprehendantur, cum primis quando quis, quo ipse Rectoratu Ilfeldensi commisso, obstrictus fuerit, ad id jurejurandi obligatus sit vinculo. Verba ejus notabiliora cit. præf. a 3. & 4. sunt: Es werde nun angenommen oder nicht / so hat er doch gehân / was er mit gutem Gewissen hat thun müssen (loquitur libertate a versione recepta discedendi imo eam innovandi, sicut Lutherus Vulgaram deseruerit) und ohne Verlehung eines guten Gewissen nicht unterlassen können. Da ich nun An. 95. des vorigen Saeculi bei Antretung des Rectorats in Ilfeld mit einem cörperlichen Eyd mich verbinden musste / daß in Theologicis alles genau nach der Schrift wolte meiner anvertrauten Jugend beybringen / und vorhero wol examiniren / hab ich nicht anders gekunnt / als die Schrift genau zu untersuchen/ da ich dann angenschein und handgreiflich wahrgenommen/ wie zum öftern die Übersetzung von dem Grund-Text abgewichen / und daß daher Meinungen eingeschlichen / die man zwar in unserer Kirchen eifrigst vertheidiget / dennoch aber nach dem Grund-Text der Heil. Schrift keinen Grund haben. Ad que corroboranda locum Joh. VII. 38. Ο πιστεων εἰς ἐπει καὶ ὡς ἀπει νικηφή, ποταμοὶ ἐν τῆς κοιλαῖς αὐτῆς γευστοὺς ὑδατούς λατός, adducit & exempli manifestissimi loco traductionem Lutheri minus rectam vehementer urget, cætera vero aliunde excerpta tan-

tuim

tum summatim repetit. Verum ad hæc quoque non deest responsio  
dilucida & ut arbitror, solida. Nam I. quotquot Trillerus errores  
Lutheri Interpretis sive allegando sive ablegando in medium assert  
& exaggerat, haud equidem puto ita apertos esse & in aprico  
apud omnes positos, ut res jam omnis sit quasi tranfacta. Quæ  
enim sive Waltherus, sive Raithius, sive Tarnovius, Franzius item  
& Saubertus ac Dn. Franckius, quibus & Geierum, Schmidium  
atque Carpzovium aliosque B.B. Theologos addere poterimus.  
notarunt loca, ita fere comparata sunt, ut, sicuti vel dubitarunt  
illi vel Lutherum hallucinatum fuisse modestissime monuerunt,  
contra plerumque pro Lutherò vindicias alii paraverint atque a  
mendis præsertim crassioribus impactis liberum pronunciaverint  
non minori industria, quod Trillerum experientia & Literaria  
scriptorum Sacrorum Historia edocebit, quorum censum agere  
non vacat. De erratis itaque, rem ipsam ac sensum attinenti  
bus, (typographicæ enim & similia sphærmata non sunt hujus lo  
ci atque instituti) cum sub judice quodammodo lis hæreat, mol  
lius aliquantis per sentiendum atque loquendum fuerat. Facia  
mus autem II. supereesse in translatione nostra id genus nonnulla,  
ubi sc. a fontibus versio alicubi discrepet, sicuti nemo nostrum  
diffitebitur, amplius talia ne sint ac tanta dispiciendum jam erit,  
ut ne fidei ac morum integratati inde periculum suboriantur ve  
rei necesse hebeamus, ceu quidem verbis satis duris subinnuere  
Trillerus videtur, quando inquit: Dennoch aber / da man  
nach seiner Zeit befunden / daß hin- und wieder es nicht  
ist / wie es nach dem Grund-Text seyn sollte / so muß ein  
ieglicher recht-gläubiger Christ / nicht so sehr an der Über  
sehung Lutheri kleben/ wenn er mit Gründen überführt/  
daß es nach dem Grund-Text müsse anderst heraus kom  
men. Bevorab da in den vornehmsten Stükken/ NB.  
Woraus der Seelen Seligkeit beruhet NB. oft ein gefähr  
licher Irrthum sich bei vor thut. (a) Illud enim siforet, adeo  
sane necessaria esset emendatio & correctio tam mature suscipien

H 2 da,

(a) Vid. Ejus Praef. 2. 3.

1601 1591A

da, ut ne per momentum quidem tolerari illæsa conscientia a quoquam possent. Atenim abit longissime, ut de optimo Luthero tantis meritis pro veritate coelesti insigni ac Versione ejus germ. integris jam pæne seculis recepta, usque tam illustri & salutari comprobata id temere affirmemus. Obstrictus potius per orationem religionem erit Trillerus, ut, si Vir est ac vitali aura adhuc fruitur, nominatum isthac recenseat ac indigit, criminationis aliquoqui nefandæ & offendiculorum plenissimæ gravissimam aliquando summo Numini redditurus rationem. Satius fuisse, si ad Dominum Franckium non semel provocans ejusque verba repetens ad pag. quoque 476. seq. respexisset, ubi quod diversa sint, daß eine Sache an und vor sich selbst wahr sey/ oder zum wenigsten nicht wider die Lehre der Gottseligkeit streite/ und daß sie an diesen und jenen Ort gesagt werde/ recte docetur & cum eo loco tum alibi nihil in versione Lutheri, quod contra typum sanctoris Doctrinæ pugnet reperiri affirmatur, quod etiam a Viro Analogiae fidei ad invidiam quoque adversariorum tenaci, ( vid. supra Cap. II. §.3.) metuendum non erat, ut Div. Providentie mira a B.B. quoque Theologis in hoc totoque Reformationis negocio observata taceam. (a) Quam illaudabile itaque hoc est & indignum factum, tam exigui plane momenti mihi visum, quod Exempli loco III. velut in proscenium attulit ex Joh. VII. 38. quasi grande interpretis peccatum; siquidem neque fidei neque moribus periculum inde extirrum timendum est. Sed nec error a Luthero optimo ibid. commissus; Sive enim ad præcedens comma Participium *wisewaw* retrahas, quod Articulus præfixus prohibere videtur & omnium Codd. consensus, denique instar omnium Oxoniensis editio testatur; sive, perinde ut Luthe-rus, cum sequentibus connectas, nihil tamem, quod ad rem ipsam, discriminis intercedit, quandoquidem utrobius ad fidem in se collocandam Judæos invitatus Christus occasione ex festivitatibus scenopegiæ, ( vid. v. 2.) accepta. Imo non periculum modo inde

(a) Leg. Joh. Corr. Dannhaueri Memoria Thaymisiandri Lutheri repovara Argent. 1661.

inde metuendum est nullum saluti mortalium perniciosum, ut turpiter se dederit etiam censor, & carpendo præstantissimam Lutheri versionem Idiotismorum linguæ in Novo Testamento usitatæ ex Hebraismis aliquid indolis passim trahentis ignorantiam prodiderit putidam, quando Nominativo separatim primum posito se offensum ait, cum tamen casus obliqui frequentissime in V. & N.T. per Pronomina sequentia definitur aut determinentur, in explicatione & ad casum præcedentem rectum applicatione, quem respiciunt unice, plane omittenda, sicut ex Celeb. Dni Danzii Interpret. §. XIX. 2: atque B. Glassii Grammat. S. de Nomine, Can. 28. & Pron. Can. 25. videre licebit, ubi etiam e N. T. exemplis Matth. XII. 36. Act. VIII. 40. Apoc. II. 26. & VI. 8, ut Hebraica innumera omittantur, id illustratum inventies, ut adeo, si latine reddas verba controversa: Ex creditis in me, ut Scriptura dixit, ventre flumina fluent aquæ vivæ, (quem sensum & verba Lutheri habent;) res omnis confecta sit. Qui denique superfunt moti a Trillero serupuli, partim consuetudine tum Christi tum Apostolorum e Vet. Testam., si modo ad singularem locum hic respiciatur, non verborum, sed qua sententiam saltim loca sape allegantium aut plura etiam, qualia hic occurunt Deut. XIIIX. Es. XII. & XLI. &c. conjungentium, partim & relatorum natura, sitis & meriti Christi spiritualem sitim expletis, nullo negocio solvi queunt & e medio tolli. Tandem vero IV. quicquid sit desphalmatum Hermenevticorum in Biblis nostris Germ. numero, veritate ac momento, consequentia tamen & quod ex Lutheri hallucinationibus infertur, vacillat. Etenim correctione necessaria qualicunque ad certum emendationis modum non rite colligitur, quippe quod Experientia non modo quotidiana docet, sed etiam Trillero Scholæ Rectori notissimum esse putaverim, ut pote qui, si ex puerorum in Scholis, uti notum est, commissis erroribus & eorum corrigendorum ratione argumentari quis velit, non modo necesse esse, ut quam diligentissime notentur naïvi quasi obelo, aut lima inducta poliantur exercitia latinitatis, sed, ut refingantur penitus, ne hunc sibi laborem imponi, consequentiam negando, haud patientur,

tetur, sicubi vero nova plane elaboratione opus sit, ubique omnia  
 solocismis grandibus scatere ipse fassus fuerit. Ad hunc ego  
 modum, si & Lutheri Metaphraſta, interdum etiam, ubi res postu-  
 lebat, paraphraſta laboribus limam adhibere velint, vel superius  
 adductis id commonerantibus exemplis, non prohibebuntur, qui  
 acutius aliquid perspexisse se putant, modo, quod iterum monemus,  
 modeſte & circumſpecte id fiat, ex quorundam autem ſententia  
 alia quoque quam germ. lingua; At vero ut de novo verſo  
 integra concinnetur, ſicut ratiocinatur Trillerus, (a) nihil opus  
 eſt, niſi adeo refertam eſſe Lutheri translationem noxiis & perni-  
 ciosis erratis, ut niſi totius operis innovatione & retexta quaſi Pe-  
 nepolæ tela medicina afferri non poſſit, reapse comprobare aut  
 tacite affeuerare velit, quod quam ſit a vero alieniſſimum & of-  
 fentionum exitialium apud iimperitos certiſſima materia pruden-  
 tiores intelligunt. Quodſi vero aliud eluctandi modum ad con-  
 ſcientiam ſuam pacandam ſe neſcire proſiteatur de tutiori via ine-  
 unda mecum Cap. IV. diſpiciat, aut ſaltim, ſi quaꝝ monſtrata ſit,  
 quod ſapientis eſt hominiſ, non aspernetur gratusque interim ea  
 quaꝝ in Ecclesiis noſtriſ per Dei gratiam indulgetur, libertate,  
 tempeſtivā, qua noſtra tempeſtate præcipue opus eſt, modeſtiā,  
 fruatur. Verbum non addimus, cum ex ſuperiori Capite reli-  
 qua facile repeti & ad præſens negocium applicari queant.

VIII. Atque hinc etiam patet non minus, ut arbitror, dilu-  
 cide, quam inique ac præter jus & fas in Verſione nova a ſe pro-  
 eurata occupatus Trillerus novo quaſi Argumento ad laudatiſſi-  
 mas B. Welleri, Calovii ac Recentiores D. Diecmanni ac Prette-  
 nii operas in Bibl. Luth. edendis & emendandis impensas provo-  
 cet, quaſi viam quam & ipſe calcarit, præiverint, verbis ex obſerva-  
 tionibus itidem Dn. Franckii ſumtis & in rem ſuam converſis.  
 Tantum enim abeſt horum iuſtitutum a nova translatione produ-  
 cenda, ut paſſim iſtud potius diſvaſerint atq; Dn. Prettenius expli-  
 cate id monuerit, daß man ſich an den Essentialibus der corri-  
 girten Dolmetschung des Herm. Lutheri keinesweges für-  
 wihiger

(a) Vid. præfat. N. T. ab init.

wiziger Weise vergriessen / NB. außer demjinigen / was allbereit andere hochgelehrte Theologen und zwar nicht wider des hocherleuchteten Lehrers willen in ihren Schriften hin und her angemercket haben / da gleichwohl so viel immer möglich gewesen / die Autorität der von dem Seel. Mamme selbst / und andere berühmteste Theologen corrigirten Übersetzung allezeit zum fleißigsten beobachtet worden. De altero vero, nempe Dn. Diecmanno, & industria in Bibl. Stadens. ed. ut vocantur, collocata itidem constat provide sat. atque modeste, ne qua Lutheri Autoritatem violaret aut plus æquo sibi sumissæ videretur processisse ; unde in præfatione ad Biblia minora nihil dubitavit scribere : Dahero ob es wol an Vorrath solcher Wörter / dienach dem Grundtert genauer hätten können gegeben werden / nichtermangelt / sich auch wol biszweilen mit geringer Müh einen oder den andern Spruch hätte helfen lassen / so hat man es doch zu thun Bedenken getragen / damit man nicht von der einmal genommenen Absicht in Lutheri Bibeln außer den Exemplarien vor sich nichts zu ändern abwiche sc. quæ verba & ipse Trillerus allegat, exinde vero, ut toti quasi cœlo horum laudata dignissima conamina a suis distent intelligere debuerat. Imo si horum Exemplum codices Biblicos emaculando atque intra eosdem limites decurrente imitari maluisset , aut in singularium locorum illustratione, uti coepérat , substituisse, esset fortassis, quod verosimilius hinc colligi & quasi color quidem istiusmodi instituto induci potuisset, salvo rectius sententia examine; at de diversis diversimode judicare , quis prohibebit ? nisi qui novam editionis versionis antiquæ & recognitæ cum versione nova turpiter confundat.

IX. Supersunt autem & alia quædam , quæ alienis quidem verbis, mente tamen disformi, partim & suis, pro cœpto suo in medium attulit Trillerus; quando ad Lutheri ipsiusmet dicta , quæ literis de interpretatione Scripturæ non procul initio leguntur, quibusve Megalander corrigendæ translationis suæ omnibus fe-

cisse

cisse potestatem perhibet & porro etiam ad Michaëlem Waltherum consentientem provocat , atque hinc neque sibi eandem facultatem esse denegandam concludit ; Lutheru denique volenti injuriam non inferri eo modo neque Auctoritatem illius immuni arbitratur, utpote qui ipse asseruerit : Ob man mich müsse angreissen und tadeln / Der ich zuweilen in der Dolmetschung gefehlet hätte / das will ich zu Danck annehmen / denn wie oft Hieronymus gefehlet ? Fallitur autem & hoc ratiocinio prioribus haud impari Vir Bonus , ab emendatione scil. utcunque libera ad novam versionem de integro ordinandam atque componendam , quoconque etiam modo fiat & quoconque etiam tempore inferens , & quæ de se ipso quam modestissime pro humilitate sua dixerat Luterus , quemadmodum & de nomine suo non usurpando recte alias fenserat , ad licentiam suam applicat infucandam , omissis , quæ idem Lutherus (a) de Sciolis (Meister Klugling) addidit , Germanorum adagiis in suos ac Hieronymi labores Biblicos convenientibus , ibidem illustrata amplius . Multo autem magis falli Trillerum appetet , ubi quod de labore privato quondam Lutheri studio (in Pathmo enim sua eum exorsus est) suscepto non penitus quidem immutando , castigando tamen , decenter scriptum est , fortasse occurrit , ad hunc eundem thesaurum publico consensu jamdudum a tota Ecclesia receptum servatumque atque usu adhuc continuo comprobatum accommodat idemque in præsentiarum sibi licere , dummodo lubuerit , in eodem transformando existimat , quod olim data etiam a Lutheru venia licuisse videtur , ubi nec confusionis neque turbarum neque alterius incommodi metus vix quenquam occupare poterat . Qui rem altius & attentius considerarunt proportionem quandam versionis nostræ in Ecclesia constanter usurpatæ cum publicis confessionibus seu formulis consensus in Doctrina Librisque Symbolicis hac saltim in parte observari arbitrantur ; In quæ non omnia omnibus licere forte sequenti Capite ad præsens negocium hæc applicantes annotabimus , hoc interim loco ne ipsi quidem Lutheru ,  
postquam

(a) Tom. V. cit. fol. 140. B. med.

postquam ejus interpretatio inter publicos Ecclesiæ thesauros est reposita, id juris esse, omnimodam immutationem, sua solius auctoritate, si sors ita ferret, vel substituere vel aliis indulgere posset, intrepide affirmamus; sicuti Phil. Melanchthoni, utat Aug. Conf. Scriptori, postquam ea Confessio omnium facta & totius Ecclesiæ consensu probata erat, vel verbum postea mutasse male cessit, a qua licet hujus versionis rationes etiam discrepent, tamen, quod ad publicum Ecclesiæ usum & approbationem attinet limitatam quamvis, primo Auctori, multo minus aliorum libidini mutationem hujusmodi scripti non statim concedi debere a simili firmiter colligitur. Ita C. E. Trilleri rationibus arbitramur esse satisfactum.

X. Quo facto Joh. Henr. Reizii Argumentis, quibus ille se passus est ad eundem lapidem volvendum inducised paucioribus & maxima ex parte quoque levioribus occurrendū scrupulique ab eo projecti e via removendi sunt. In his præter consilia amicorum eorumque instinctum atque otium quoque sibi datum, nihil momenti aut certe non sufficiens pondus in tanto negocio habentia, duas præsertim ratiunculas observavi quibus nititur, quarum altera a præstantissimorum (der besten) Theologorum voto, quo plurimæ ut exteat translationes Scripturæ expetierunt, atque adeo hominum Auctoritate ac suassione, altera vero a versionis Lutherana, (hanc enim solam prope nominat Reizius,) fortassis & aliarum ut Junio-Tremellianæ ac Bezae Latinarum nævo communi quo laborent, quando a verbis ac phrasibus linguarum primigeniarum longe nimis recesserint, petitur, cui vitio corrigendo votisque Theologorum explendis ipse adeo operam suam pro virium ratione ac modulo impendere voluerit. Has proinde sub examen pariter revocare nostrarum erit partium. Tertia enim, quam obscurius propositus, & in qua quid arcani lateat non nisi hariolari possimus sc: Daz einige vom Lauff der Gottseeligkeit ablauffende oder sonst unter guten Schein und mit seinen Reden einhergehende irrite Menschen/ an dem/ was sich auch zu Seiten der Apostel eingefun-

gefunden und entdecket worden / bey dieser Version etwan  
heiterer erkennen und unterscheiden möchten / nisi mentem  
suam clarus explicuerit, attingi, ne cum larvis pugnare videa-  
mur, vix potest. Quodsi vero, uti non ab re conjicimus, ad  
incrustedam de justificatione (non per imputatam Christi justici-  
am, sed cum sanctificatione confundenda) nostrorum fanatico-  
rum doctrinam hæc spectent, clam & per cuniculos Versione eo  
quoque destinata, multo justiores nobis contra has machinati-  
ones existent ex eo ipso cause : ceterum ad Cap. II. §. L. B.  
remittendus erit.

XI. Quod igitur ad consensum & consilium Theologorum  
excellentissimorum de multiplicandis Versionibus, atti-  
net, postquam inter hos solum Joh. Cocceum in cuius  
discipulorum scholis ipse quoque Reizius formatus est,  
allegavit, mirum non erit civi suo tantum detulisse honoris Reizium,  
cum & in aliis atque primo statim de prudentia Ecclesiastica  
scripto: ejusque appendice illius de Chiliasm sententiae accessisse  
videatur. Multo minus est, cur Coccejo viro ceteroquin erudi-  
tissimo ingeniosissimoque id proficuum Ecclesiaz & salutare visum  
miremur, quippe quem non modo plures scripturæ Versiones ut  
evulgarentur optasse credimus; sed etiam, qui tamen haud du-  
bie hujus quoque votii fons & scaturigo fuit, verba S. Scripturæ  
id omne significare ex intentione Spiritus S. contra Spiritus S.  
Doctrinam I. Cor. XIV. 6. seqq. ac certitudinem verbi Prophe-  
tici hoc pacto minime certi II. Petr. I. 19. aliasque rationes gra-  
vissimas docuisse constat. Dubitari tamen fortassis etiam  
de ea Cocceji mente, quam Reizius se putat affecutum, porro  
possit, si verba ipsa l. c. (a) recte expendamus. Nam quando  
per eum reias Ecclesiam ad puriorum pleniorumque intellectum  
adjuvare non tantum licitum esse, sed & debitum eorum, qui  
bus hoc donum concessum est, sive ut confirmant ea, que bene  
exposita sunt, sive ut defectus & aberrationos corrignant, scribit  
non

(a) Summa Theolog. ex Script. repert. T. VI. Opp. Coccej. Ed. Ff. c. VI.  
§. 70. 71. seqq.

non patet satis clare, utrum novas Versiones commendet, nec ne, cum idem alia ratione fieri quoque possit, et quando addit multorum in hoc incumbentium laborem duo insignia bona pre-stare Ecclesia, tollere nempe I. securitatem acquiescere volenti-  
tum unius hominis sensibus, & cogere eos, qui opportunitatem  
descendi habent, ipsos fontes addiscere, aut saltē sāpius inspi-  
cere, II. tollere dubitationem de iis verbis, in quibus fundamentum  
plurime Veritates divinae continentur, an illa scilicet in fontibus  
ita reperiantur, cum ea verba ab omnibus fontium peritis co-  
dem modo vertantur, qui tamen non ex compacto idem dicunt,  
atque his porro post commonefactionem omnium interpretum,  
ne temere aut mala conscientia aliquid reddant præter senten-  
tiā verbi Dei, neu verba detorqueant, evacuent, exinaniant,  
& ad docendum inutilia faciant, neque etiam aliis imperent, ut  
suos sequantur conceptus, &c adjicit: *Nulla igitur unquam Ver-  
sio ab hominibus facta habenda est authentica (quod Pontifici  
arrogant Vulgata Latina) & qua non sit obnoxia examini, quem-  
admodum omnis exposicio; Videtur utique haec omnia Pontifici-  
orum pro authentia Vulgatae pugnantium erroribus opponere,*  
idemque porro innui verosimile est, quando & §. 74. *Versionis  
ab Ecclesia auctorate, qua scilicet propter varias lectiones  
ex sententia Pontificiorum opus sit, mentio injicitur. Quomodo-*  
cunque vero res sit, si vel maxime Versionum concinnandarum  
veniam omnibus indulget Coccejus verbis, satis profecto, ut  
solet, obscuris, non tamen ejus unius sententia regula esse po-  
terit, cui calculum suum adjicere nos oporteat, tanto minus  
quanto acrius ex ipsis Reformati plerique Coccejo adversis no-  
minibus ac scriptis contradicunt, cuius adeo sententia testimo-  
nio & auctoritate Reizius in re tanti momenti parum proficere  
possit; quanquam neque illud prætermittendum sit, lingamne  
Vernacula quoque, an alias eruditis familiariores, Latinam  
præfertim, quæ eruditorum vulgo Mercurius audit, Coccejus  
intelligat incertum esse; ubi si prius in mente Viro ingenio subtiliore  
pollenti fuit ad præsens negocium parum faceret, quodsi vero ad

alterum respexit Ecclesiae illa privati hominis opinio universae, omnium denique rectius sententium sententia nihil aut parum obesset; tantum abest, ut Reizianum institutum juvare posset, quem insuper sententiam Dei in interpretatione sua temere & mala fortassis conscientia pervertere interdum voluisse, quod culpavit antea Coccejus, supra notavimus non contemnendis indicis probari posse.

XII. Quare & nos missa leviori isthoc Argumento, de altero ponderosiori nunc ex ordine solicii erimus, & quid roboris eidem insit, inquiremus, quando sc. Spiritus Sancti, quibus in fonte usus est, verba, constructiones & loquendi formas (*λέξιν, τάξιν* atq; *Φράστιν*) ad verbum sibi exprimenda esse, confirmatus aliorum in eadem sententia calculis existimat, eoq; Lutherum liberius agentem & paraphrastæ sèpius munia sibi sumentem plus justi sibi induluisse perhibuit, atque hinc denique illum utpote linguae germanicæ genium, nimio neque laudabili, ut putat, studio in versione sua consequantem, fortassis & alios quoque Luthero non dissimiles, creditit castigandos esse. Huc nempe spectant, quæ (a) ex Antonio Borremansio in Germanicum conversa leguntur verba: Darum werden solche Überschungen Hillig gut geachtet / die eben dieselbige Red-Arten und Worte behalten/ die der Heil. Geist gebraucht / und so viel möglich von Wort zu Wort übersetzen/ weil wir keine schöneren noch bedeutenderen ersünden können / ob sie wol zulassen unsern Ohren etwas hart und ungewöhnlich lauten möchten/ in dem wir deren Zierlichkeit nicht verstehen/ und der Sprach des Heil. Geistes wenig kundig seyn. Ad quæ verba & Anglorum Theologorum Junii ac Tremellii ut & Bezae versiones Latinas, quod a formulis loquendi Scripturæ S. longius recesserint, culpantium adjicit & pro sua excusatione alia plura, Polani in primis consensum, (de quo Cap. I.) in medium afferit. Sed neque ad hæc deest responsio. Nam si autores præceptionum de Interpretatione & transferendorum e diversis linguis in alias scri-

ptorum

(a) Praef. pag. 2.

orum opera rite suscipienda consulamus regulam vel primam, aut inter primas potiorem ac præcipuam reperiemus, qua, ut indoles cuiusque linguae & idiomatis probe observetur & cum Idiotismis cuique linguae propriis solicite & sedulo commutetur, silva utrinque sententia seu scriptoris sensu, jubemur, ita quidem, ut, ne quis hujusmodi laborem temere aggrediatur, nisi exacte utriusque linguae genium calleat, illicomone faciant omnes. Quæ res rationali cuiusque dictamini & linguarum longe diversissimarum naturæ convenientissima omnium prope consensione adeo comprobata est, ut, sicuti e. g. transfundialiorum meditationes vel transfusas esse videant aut legant, de nulla alia re conqueri saepius audias letores linguarum gnaros, quam de incuria & interpretum genium utriusque gentis ignorantium inhabilitate, qua factum, ut Latinismis Gallicismis &c. servatis imperite, mentem auctoris primi obscuraverint potius quam declaraverint. Scilicet non idem semper literæ sensus qui sonus est, & prout mores atque temperamenta populorum diversa, ita cuique genti sua loquendi ratio quasi propria deprehenditur, quæ si non dextre satis ad nostram consuetudinē loquendi ac sermonis Vernaculi indelem prudenter attemperetur, Orationē summae caligini involvit insignis discrepantia, tantoque magis intellectu difficulter reddit, aut errandi prorsus materiam subministrat, quo longius gentis alicujus lingua imo etiam gens ipsa, sicuti Græcæ & Orientales omnes, a nobis toto quasi celo distant, quod ipsum porro vel solo Idiotismorum vocabulo clarissime doceri arbitror, ut mirari satis non possim, qui factum, ut in aliam pertrahi sententiam nonnulli potuerint, nisi fortassis, quo mihi tendere Reizii consilium videtur, in Scripturis S. ut P. D. Huetius (a) loquitur, & verborum ordinem mysterium esse, atque hinc, ut quoquo modo illud servetur, verbum verboenunciandum censeatur. Ubi tamen contrà id potius, quicquid alii sentiant, observandum existimamus, necesse esse, ut in exploranda per noscenda que divinæ mentis sententiae ad salutem æternam nobis patefacta, & hominibus Vernaculae suæ tantum gnaris propon-

(a) De Interpret. L. XI. de opt. gen. interpret. p. 22.

nenda, omnium studiosissime obscuritas evitetur , ea vero cum nonnisi indole cuiusque linguae recte expressa declinari possit, tanto accuratius genium Vernaculae cuiusque gentis exprimendum esse, mysteriorum, si quae sunt, altius latentium, eorum studiis, qui bus eo penetrare facultas data est, relictis, quorum non tantum officium id exiget, sed & conscientia quemque etiam sua urgebit, ut suo deinde quæque loco sive publice ex suggestu , sive etiam privatis colloquiis explicent. Ita nimirum arcanorum aut Emphasium vis rectius, quibus talia cognoscere licuerit , aut lubuerit , commonstrari poterit, ut perspicuitati tamen sermonis & sensus in interpretatione simplici , seu translatio ne in aliam linguam , qui scopus est cuiusque lectoris primarius, in Scripturæ vero lectione cunctis necessarius , nihil decadat, præsertim cum a Versione etiam præstantissima ad ipsos tandem fontes, quando res ita tulerit, recurrendum sit : Sed ne ex nostro hæc ingenio saltim profluxisse quis autem, audiamus & alios pro eadem Veritate atque interpretandi Scripturam salutari lege testes. In his primum nomino Dn. Joh. Fechtium (a) ita scribentem : *Quanquam simpliciter Scriptura semper imitanda est, verba tamen Scriptura perpetuo retineri, si sensu inhæramus, qui Scriptura anima est, non est necesse, imo ne quidem possibile.* Cum Hebraice Graeceque locuti sint sancti Dei homines, ridiculum foret verba verbis reddi, quod ex magna superstitione in bibliis suis Germanicis fecere *Judei*. Cum igitur in nostris linguis sensus representandus sit, variis id locutionibus & circumscripti onibus fieri posse, imo debere sine ullo simplicitatis scripturaria detrimen to, ultra intelligitur. Ut tamen interea ne quaquam eorum approbemus morem, qui ut *emphasis* ex Originario textu felicius repre sen tent Lutheri Versionem ubiq. metà πολλῆς φαντασίας ta stigant car pungit, quare nihil deteriorius, nihil ad offensionem pronius est. Si vero is forte displiceat testis, ex confveta nostrorum novatorum πολλή θεία, audiant porro Dn. Frankium & ipsum aliquandiu, sed modestius in isthoc aut saltē negocio haud dissimili occupatum.

Ita

(a) Disp. de præcip. Orator. Ecclesi. Virtut. Aphor. 12. p. 29.

Ita vero ille, postquam multa satis de Lutheri Versionis laudibus & stylo significantissimo verissima (den gesaften Verstand des Grund-Textes in seinen deutlichen verständlichen und zugleich wolklingenden und nachdrücklichen Deutschen Worten auszudrücken / und also denen Deutschen eine solche Deutsche Bibel vorzulegen/ welche sie nach ihrer gewöhnlichen Deutschen Redens-Art einfältiglich vernehmen und fassen könnten) differuerit, & singulares ad interpretandum dotes Luthero ad eum laborem concessas (εἰς τι) prædicasset, universè tandem de Metaphrastarum munere sequentem in modum eleganter loquitur: (a) Denn es nicht genug ist/ daß etwas nach dem Grund-Text eigentlicher ausgedrucket sey/ sondern es muß auch denen Deutschen/ und wunderlich denen Einfältigen und Ungelehrten also die göttliche Wahrheit fürgeleget werden/ daß ihnen die Sprache nicht fremd oder unverständlich sey/ sondern es gleich fassen und begreissen/ wann sie es lesen. Weil nun auch in diesem Stück Lutheri Version für allen andern Deutschen Bibeln wol und nützlich zu gebrauchen &c. Addemus et tertium minime omnium suspectum, Johannem np. Clericum, (b) eius inter alia hæc notari merentur verba: *Quandoquidem; qui loquuntur, eo animo certa proferunt vocabula certave oratione utuntur, ut ab audientibus intelligantur, at in iis eosdem quos in se sentiunt motus atque affectus animi excitant; Interpretari aliena verba, si plenam significationem vocis attendamus, dicentur, qui alia lingua ita ea expriment, ut qui interpretem loquentem auditunt, idem prorsus cogitent atque eodem ordine & modo, quod eos qui primi locuti sunt, cogitare volunt. Si linguae aquae omnes copiose, & vocabulis plane & per omnia irodvatis essent instructæ, verbum verbo, & loquutio loquutione reddi possent, adeoque simplicissima tantum translatione opus essent. Sed cum lingue ita libi invicem ἐν ταξιδίᾳ non respondeant, nulla ad verbum fieri potest paulo longioris orationis translatio.*

pluri-

(a) Observ. Bibl. vindic. M. Mayo. p. 460. sq. (b) Dissert. II. de Optimo Genere Interpretum Script. Comment. in Genes. pref. §. II. & III.

Plurima paucioribus, aut verbis pluribus necessario sunt expli-  
canda, si velte interpres intelligi, & id efficere in audientium  
animis, quod cupit is qui utitur lingua aliena. Et paulo post:  
Atque hoc cum certissimum sit in omnibus linguis, multo facilius  
in latinis versionibus librorum hebraicorum, propter linguarum  
hebraicarum atque latinarum longe maximum discrimen, animadvertisit.  
Et porro non multo post. Si verbum verbo redderemus, inutilis erat  
versio hebraica (graece) nescientibus, hoc est, iis potissimum, qui  
bus adornatur; neque enim eam ii intellecturi fuissent, nisi forte  
lecto commentario, ubi tamen multa minutia grammatica omni-  
tuntur. Quandoque etiam Hebraicorum imperiti eos in alienos  
sensus detorquere potuissent. Si vero vitandorum horum  
incommodorum causa, in contrarium partem ferremur, nimis  
concessa nobis licentia, periculum erat praesertim in locis obscuris,  
ne pro scriptorum sacrorum sententiis nostras conjecturas incau-  
to lectori obtruderemus. Scio quidem paratum esse nostris hisce  
querelis responsum, medium viam eundam esse, qua translatio  
nem nec adstricta sit, ut intelligi nequeat, nec nimis libera, ut Inter-  
pretis potius ingenium quam Scriptoris redoleat. Verum hoc tam  
difficile est factu, quam dictu proclive. Quibus postremum re-  
petitis verbis mihi sane rem acu tetigisse videtur Clericus; Eam  
vero difficultatem si non superasse, saitum noster, singulari dono-  
divinitus concessio, sustinuisse videtur Lutherus, ut parem in inter-  
pretandi hac felicitate vix quenquam habeat. Certe si cum aliis,  
nomina tam Reizii ac Trilleri laboribus Lutheri translatio conser-  
atur hic in luce deambulare, ibi vero profundis saepe tenebris  
te cingi putabis. Exempli loco sumto seqq. loca: Ex Trillero Luc.  
IV. 12. Und Iesus hat geantwortet und zu ihm gesagt/  
dass es gesagt wäre: Du sollst Gott deinen Herrn nicht  
versuchen / ubi Lutherus: Iesus antwortet und sprach zu  
ihm: Es ist gesagt/ du sollst ic. Idem Trillerus Joh. I. 6. Es  
ist ein Mensch geworden von Gott abgesandt/ denselben  
der Nahmen Johannes. Ubi Lutherus: Es war ein Mann  
von Gott gesandt/ der hieß Johannes. Sic porro Trillerus, Rom.

I. 12. daß ich unter euch getrostet würde/ durch den unter-  
einander Glauben/ sowol euern als meinen. Ubi iterum  
Lutherus: **D**ass ich samt euch getrostet würde/ durch euern  
und meinen Glauben/ den wir untereinander haben. Ut  
omittam Matth. VII. 23. phrasin. **S**ünde würcken explicatam  
per Ungefechtlichkeit würcken/ *απολέλανται* Eph. V. per Undis-  
lichkeit redditam & integrum Caput ad Rom. XII. tum a Reizio  
tum etiam Trillero ita in plerisque inepite conversum ut  
sine indignatione legere vix possis, neve etiam memorem  
inutilem prorsus præteriorum pro Imperfctis & Participio-  
rum affectatum perpetuum ferme usum certissimasque alias sine  
omni utilitate obscuritatis caussas; quibus contraria omnia in Lu-  
thero reperiuntur. Sic quoque a Reizio obscurissime multa sunt  
reddita pari de caussa, e. gr. Eph. IV. 12. **zur Einrichtung der**  
**Heiligen/ zum Werk der Bedienung/ bis daß wir alle hin-**  
**ankommen in die Einheit des Glaubens und der innerlichen**  
**Erkäntniss des Sohns Gottes in die Manns-Bollkom-**  
**menheit/ in das Maah der Statut der Fülle Christi/ que**  
omnia pariter apud Lutherum clara sunt & perspicua. Idem Rei-  
zius Rom. VIII. 3. **D**ann das war des Gesetzes Unvermög-  
lichkeit / indem es durch das Fleisch geschwächt ward; da  
sandte Gott seinen Sohn in dem Bildnuß des Fleisches der  
**S**ünde ic. Quæ itidem Lutherus multo clarius & luculentius ex-  
posit. Quanquam enim aliis interdum vocabulis ad calcem po-  
sterior obscuritatibus istis lucem accendere laboraverit, facile ta-  
men appareat, neque id semper factum esse, ubi quam maxime opus  
fuerat, neque etiam, quod per pauciora fieri poterat, per plura  
ut fieret opus fuisse. Sæpe etiam e. gr. Plurali **Himmelen/ item**  
**Vocabulis Königreich Gottes/ Welt-Lauffen/ Ewigkeiten**  
**der Ewigkeiten & similibus vel nihil vel monstra ambos quævis**  
se aut otiose saltim ac tædiose solentes fuisse, haud injuria, bilem Le-  
ctori movere possit; Quam facile augere queat aliorum *ναυ-*  
*ζητία*, qui cum Lutheri receptis & usitatis in Ecclesia vocabulis  
ac phrasibus uti & possent & deberent, Reizianis istis vel simili-  
bus

bus uti malunt. Quæ si considero mecum parum profecto  
abest, quin assentiar Viri alicujus aliquoties jam laudati de ea  
obscuritate judicio, quod ita habet: **Gewiß ist es/ daß der-**  
**gleichen Übersetzungen vor den verhofften Nutzen doppelten**  
**Schaden thun.** Dein erstlich ärgern sich Epicurische und  
und dabei nicht gründlich gelehrt Gemüther wann bey  
Durchlesung einer solchen Version, die genau mit den  
Grund-Text übereintreffen soll/ ihnen alles so ungereimt  
(weil es nicht nach Deutscher Art gemacht ist) klinget: da-  
her sie in die Gedanken gerathen / es müsse die H. Schrift  
in ihren Grund-Sprachen ein absurdes Buch seyn/ weil  
sie die Idiotismos, und den Genium dieser Sprache nicht ver-  
stehen / auch die dßfalls gegebene Entschuldigungen zu  
fassen unfähig sind. Idque exemplo translationis alicujus loci  
ex Balzacci Epistolis Gallicis in Germanicam linguam ad verbum  
factæ & absurditate ejusdem demonstrata postquam comprobaf-  
set, pergit: Ferner schaden solche Übersetzungen denen Un-  
gelehrten / so in Glaubens-Sachen etwas thun wollen/  
sehr zumal wo sie etwas zerrüttete Sinnen haben. Sie  
meinen/ sie hätten nun den Grund-Text vollkommen in-  
nen/ und machen hernach aus diesem nur halb- gefassten  
Grund-Worten sich und andern die schädlichsten Scru-  
peln/ welche man ihnen hernach auf keine Art bemeinen  
kan. Rectissime adeo judicasse mihi videtur Carolus le Cene,  
quando ante annos decem (a) in Lineamentis novæ Versionis  
Gallicanæ Versiones literæ textus Originalis stricte nimium in-  
harentes vix alteri cuiquam usui inservire posse quam lingua He-  
braicæ Græcæque addiscendæ putavit; unde & Santes Pagninus  
aperte professus fuerit, harum lingvarum studiosis solummodo  
operam translatione sua navare se voluisse. Instruenda autem  
in Voluntatis divinae cognitione Christi plebi plane idoneas illas  
non esse censem; indeque Augustino quoque & Hieronymo eas  
improbatas fuisse docet: imo Christum quoque atque Apostolos  
Vet.

(a) c. V. seqq; in A. E. Lipsi. a. 1697. M. Mayo. p. 229.

Vet. Test. allegantes testimonia sensum haud raro magis quam verba repræsentasse observat. Atque ut fortius impugnet Versiones istas, literam exacte sequentes, earum abusum plerisque superstitionibus originem dedisse docet, & inter alia hujus rei exempla, validissima Romanæ Ecclesiæ argumenta, quæ ex scriptura S. pro sanctorum cultu petere solet, evanescere observat, si inepta translatione literali neglecta sensus exponatur, & quæ sunt alia his similia, in quibus non diutius occupabimur. Illud saltim monebimus occasione Santis Pagnini cuius modo fuit in iecta mentio, eum, quamvis ab aliis magnam laudem interpretis perfecti reportaverit, a plerisque tamen ob inconcinnitatem & obscuritatem ex iisdem, quas Reizius probat, causis ortam multo magis culpari, atque culpæ hujus Ariam quoque Montanum reddi participem, utpote qui Pagnini rudem interpretationem neque valde cultam, nova etiam barbarie & squaloris accessione contaminarit; Quamquam forte hic excusationem mereatur, cum textum Græcum verbotenus redditurus in usum tyronum Græcisimos exprimere Latinis auribus ingratos Latinitate neglecta voluerit, & ipse hos considerans Versionis naves expressis verbis monuerit, ne aliquis Versionem ita interpolatam separatim sine contextu Græco ederet. (a) Denique non rationes haec tantum mea quidem sententia prægnantes satis & exempla, eruditio orbi pariter improbata, Reiziano instituto repugnant, sed & ipse Borremansius (b) qui, licet suadeat & optimum censeat, ut verba quatenus licet, retineantur, & ne quicquam præter eorum sententiam assuatur, saltim prohibet, atque ibidem de quibusdam, quiverba annumerant, sententiam depravant insipidamque reddunt, queritur, in primis vero l. c. p. n<sup>o</sup>. 8. monet: Illud mihi negare nemo poterit, diligenter in primis per scrutandum esse cujusque lingue genium, ut sciatur, ubi verbis sit inherendum, vel ab iis plus minusve declinandum. In eo enim negotium omne consistit, ut eleganter juxta ac vere auctoris sensum Versione nostra lectori ob oculos ponamus. Qui hoc conse-

K 2 cutus

(a) Fin. præfat. Ver. Interlin. præm. ex qua Leusdenius in N. T. Gr. Lat. præf. illa repetit. (b) Variarum lectionum cap. IX, p. 118. & 124.

*cutus fuerit is omne pnnctum tulit &c.* Vnde satis patet, quicquid de interpretatione adstrictiori Scripturæ S. ab eo dictum erat, nimia saltim demendi vel addendi quorundam ( ubi, quos intelligat, satis indicat, quando nomen Rufini historiæ Eccles. Eusebii interpretis admodum audacis resert ) licentia opponi, de reliquo vero non discrepare vel a doctissimo Huetio universè quidem verbum de verbo esse exprimentum, & collocationem vocum retinendam pronunciante, sed nec improbante tamen, imo & laudante, si ob linguarum diffensionem & repugnantiam necessario hæc dictionum collocatio pervertenda sit, & salebrae viarum comitem quasi interpretem ab auctore duce quodammodo divellant, idque toties, quoties sententiae eruendæ potius spes quam obscurandæ metus sit; vel etiam ab antiquiori Hieronymo (a) hanc esse Regulam boni Interpretis, scribente, ut *Idioma alterius linguae sua lingua exprimat proprietate*. Quæ omnia sicuti ab artis Hermenevticæ gnaris non omnino arbitror in dubium vocari posse nisi dentur sine mente soni, sive ex insuffia illud fiat sive imitationis non omnibus probata studio; ita nihil his addam amplius, nisi B. nostri Lutheri hac ipsa de re defecatum satis judicium, quod ne aspernentur ejus censores rogo. Ita vero ille in Epistola toties allegata, sed nunquam satis dignis Elogiis ornata, vom Dolmetschen inscripta, postquam de suo indolem Germanicæ linguae exprimenti studio differuisse plura, tandem inquit: *Man muß nicht die Buchstaben in der Lateinischen Sprachen (par est aliarum linguarum ratio,) fragen / wie man soll deutsch reden / wie diese Esel thun / sondern man muß die Mutter im Hause / die Kinder auf der Gassen / den gemeinen Mann auf dem Markt davon fragen / und denselbigen auf das Maul sehen / wie sie reden / und darnach Dolmetschen / so verstehen sie denn / und merken / daß man teutsch mit ihnen redet. Als wenn Christus spricht / Ex abundantia cordis os loquitur (Matth. XII. 34.) wenn ich den Eseln soll folgen / die werden mir die Buchsta-*

(a) Ep. ad Suniam & Frecciam:

Buchstaben fürlegen / und also dolmetschen : Aus dem Überfluß des Herzens redet der Mund. Sage mir / ist das deutsch geredt ? Welcher Deutscher versteht solches ? Was ist Überfluß des Herzens vor ein Ding ? das kan kein Deutscher sagen / Er wollt denn sagen / es sey / daß einer allzu ein groß Herz habe / oder zu viel Herzens habe / wiewol das auch noch nicht recht ist / denn Überfluß des Herzens ist kein Deutsch / so wenig als das deutsch ist / Überfluß des Hauses / Überfluß des Kadel-Osens / Überfluß der Bancz ; sondern also redet die Mutter im Hause und der gemeine Mann : wes das Herz voll ist / daß gehet der Mund über. Das heisst gut deutsch geredt / des ich mich gestiesen / und lender allzwege nicht erreicht noch troffen habe ic. Quæ quam egregie in nostros Neo-Metaphrastas quadrent, quorum uterque ipsissima hæc Lutheri verba rejecta & obelo notata : Aus dem Überfluß des Herzens redet der Mund in versione gemina, & Reizius quidem sine meliori explicatione , sicuti alias consuevit , ad calcem subiecta, exhibuit , non difficile est collectu. Fruantur igitur ut cogitationibus suis & methodis peculiaribus , sed & cum Luthero de Titulis honorum & encomiis suis transigant. Nobis enim ad alia progreedi placet.

XII. Nimirum Christ. Seebachii nova quædam nos poscit ratiuncula amplius objecta , qua Ecclesiastis Salomonæ novam Versionem suam ac in Eundem Commentarium prologi instar galeati munivit , ad Num. XI. 29. ad Mosis verba , quæ Josuæ ministro suo de Eldad & Medad in eastris prophetantibus con questo reposuit , provocans , & quando , ut populus Domini universus Spiritu divino excitatus vaticinaretur , optavit , idem illud , si viveret Moses hodieque , responsi loco redditirum esse exigitmans,his præcipue qui (Psalmi XII. 25. verbis) suæ solum linguae prærogativam deberi , se tantum , ut loquuntur decere , in Ecclesia credant , neque alios quam qui publico officio fungantur potestatem Verbum Domini interpretandi justo tamen ordine observa-

eo I. Cor. XIV. ult. ( id enim addit) habere arbitrentur : Quibus denique paucula quedam de spirituali Sacerdotio omnium Christianorum I. Petr. II. 9. quo contraria his omnia cunctis concedantur, addit, atque sic contra impugnationes quascunque tutum & abunde munitum se non modo fore autumat, sed etiam eodem argumento & aliis multo plura jam ausis, si proprius id rationarium inspicias, patrocinatur. His igitur ut satisfaciamus quoq; dubiis, opus est : quod ut quam brevissime fiat, notamus loc. cit. Num. XI, quo res omnis potissimum reddit, incertum adhuc esse fatidicane an Exegetica denotetur prophetia, quandoquidem ad utramque designandam vocabulum תְּנַבֵּשׁ adhiberi solet, imo cum rarer sit in Vet. Test. posterior notio, parum sane locum illum ad praesens negocium facere posse. Sed esto facultatem interpretandi Oracula Divina, qualia Mosis isthac locuti tempore vix dum aliqua extiterant scripta, intelligi quoque sub ea voce, quid hæc ad versionem præcise novam & a recepta in Ecclesia prorsus discrepantem sure optimo componendam evulgandamque quovis modo & quo cunque tempore momenti affarent ; cum tamen, uti toties jam inculcatum est, non de versionum concinnandarum qualicunque potestate disceptetur : eam enim nisi admittamus, ne ipsum quidem Lutherum a crimine hujus negotii contra ius & fas suscepit liberare poterimus ; Sed de eo potius agitur, utrum citra discriminem isthac facultas propheticandi cuique, modo id allubescat, ita indulgenda sit, ut pro suo etiam arbitratu eadem uti liceat, quanquam fortasse e re totius Ecclesie id non esse atque adeo abstinentium potius ab hujusmodi ausu appareat. Certe si qualitercunque aut quoquo modo Prophetam agere pro lubitu cuiusvis, philavtiæ sèpius vitio, ut fieri solet, corruptilicet, quis numerus tandem aut finis erit Pseudo-Prophetarum & Turbatorum Ecclesiæ noxiiorum, quorum tamen audacia ac petulantia passim ipsa quoque Scriptura refragatur? quæ confusio, si cuique quicquid in buccam venit circumstantiis prudenter ubique considerandis etiam neglectis deblaterrare licitum sit? Unde etiam suo quasi indicio ipse Seebachius

proditus

proditus atque convictus fateri necesse habuit, justo , hujusmodi  
 Consilia ut perficiantur , ordine opus esse. Etenim hoc ipso sa-  
 ne non inficiatus est, quando ἐν θημοσύνῃ ordinī, paci atque ædi-  
 ficationi talia obſunt potius,(quod prudentis est prævidere ac fu-  
 tura quoque proſpicere,)ſatius eſſe, ut ab iſtis provide ob pericula  
 Ecclesiæ hinc oritura deſtitatur , & non quid liceat, ſed quid (ut  
 totū I. Cor. VII. Cap. Paulus de matrimonio ineundo doctuit) ex-  
 pediat, aut commode fieri poſſit, ſpectetur, de quo Cap. II. fuſius  
 dictum eſt. Eam etiam ob rem, quæ de Sacerdotio Christiano-  
 rum adjecta ſunt prioribus , ſi ad præſens institutum applies,  
 non aliter locum invenient, quam quoad Apostoli monito, I. Cor.  
 XIV. congruant , neque offendiculo cuiquam aut turbarum ma-  
 teria illius Exercitium eſſe poſſit ; Quodſi enim , quam fieri po-  
 test, latiſſime illud porrigere velis & extendere, facundam omnis  
 generis malorum matrem illud fore & ad miſcenda quadrata ro-  
 tundis in ἑταίρῳ coetu Ecclesiastico denique certo redditum  
 jam dudum obſervatum eſt & scriptis recentiſſimis ubertim com-  
 probatum ; ut adeo ex iſpa Seebachii nostri conculione præ-  
 ſenti plus quam par eſt inferenti limitibus ſuis atque circulis pri-  
 vatis & his quoque circumſpecte adſtričtiſ , ſicut a ſanioribus  
 Theologis factitatum eſt , id Sacerdotium circumſcribi debere  
 deuuo conſtet. Proinde celebretur gloria Dei, veluti a multis  
 hominum myriadibus in Ecclesia noſtra inde a Lutheri aetate  
 ejus folius versionis auxilio uifis factum, quam fieri poſteſt, enixi-  
 ſime ; extollatur ejus virtus, quemadmodum adhuc contigit, con-  
 ſtantissime eo non infeliciori , ut ſuperior aetas conſirmat, verita-  
 tis coeleſtis cognoscendæ etiam ab illiteratis, adminiculo , quo  
 porro etiam citra novas versiones periculofas frui licebit ; adhi-  
 bitis, ſicubi opus , aliis ad penetrandum in Divina arcana altius  
 ſubſidiis commodioribus ; & ſalva reſ erit, ſalva libertas prope-  
 tandi ſine licentia, ſalvum Christianorum Sacerdotium, ſalva de-  
 nique juxta haec privilegia Christianorum cum ſimplicitate con-  
 juncta ſerpentina , quam Christus nobis commendat; prudentia  
 Matth. X. 16. Quam Spiritus S. ductu & circumſtantiarum ſingu-  
 larum

larum atque status , qualis in Ecclesia nunc est , consideratione attenta si dirigi patiamur a re quacunque licita ad modum exequendi aut rem expediendi quemcunque cujusque arbitratu eligendum non procedere , ut saepius diximus , consequentiam facile elucescat . Additum haut dubie sacrificiis divinitus mandatis fal sapientiae symbolum , fuisse ad sacrificia spiritualia itidem adhibendum , & correptionem fraternalm , quae Sacerdotii spirituialis non postrema functio est , in primis prudenter neque promiscue adhiberi debere a Christo , Matth. VII. studiose inculcari & alia forte plura commonefacere , nisi Soli in meridie quasi lucem accendere vellem .

XIV. Atque hic etiam pedem figere in proclivi esset , ex cassis eorum argumentis , quae nominatim pro conatum suorum defensione nonnulli in proscenium adduxere , nisi quidam adhuc superercent scrupuli , quos moveri posse mihi vixum est , nec spernendi penitus , neque temere omittendi , partim ab exemplis , partim etiam Scripturæ dictis , denique rationibus verisimilibus petiti . In his primum omnium ipsius Lutheri occurrit exemplum , itemque Sociorum ac Collegarum Versionem initio per partes adornatam , cum junctim postea prodiret , semel iterumque , imo etiam post fata Autoris emendantum atque mutantum , ita quidem , ut & Lutherus ipse , si superstes diutius in vita fuisset , de novo recognitum illam se fuisse in mente habuerit ; quod propositum Megalandri , de quo tamen perficiendo ipse dubitaverat , verbis ex Raithio adductis signatè in partes etiam vocat E.S. Trillerus . (a) Quam vero exiguum haec objectio ad præsens negotium atque ætatem præsentem Ecclesiæque , ut nunc se habeat , rationes , afferat momenti , dummodo ad sequentia monita attendas , non difficulter ostendi potest . Nam I. Quicquid curæ Lutherus luce divina & Veritatis coelestis cognitione , quemadmodum in Capitum doctrinæ Evangelicæ notitia , ita & hoc labore , fontium nempe indagine pleniore , sensim collustratus , sicut , qui e tenebris primum emergunt omnes , ad radiorum vim ali-

quan-

(a) Præfat. saepius citata a. 7.

quādiū cōcūtire quāsi solēnt, in translatione Codicis S. suo studiō suaque opera, imo etiam quod equidem sciam, arbitrio, nullo totius Ecclesiæ mandato peculiari primum procurata, suoque adeo consilio, adscito tamen prudenter Collegarum auxilio, per polienda adhibuit, idip̄si non modo optimo jure citra alterius injuriam, circa opus à se met elaboratum omnino licitum fuit, verum & laudabiliter ac decenter ab eo factum est, pr̄sertim ea editione, quæ prima vocari solet, quave a. 1534. sp̄asim antehac & particulatim emissos in lucem libros biblicos in unum Volumen coēgit, siquidem partim ab aliis admonitus, partim intercedente longiori temporis intervallo inde a prima Nov. Test. publicatione duodecim annos conficiente accuratiōra multa studiorum Philologicorum atque Exegeticorum profectu edoctus, postrem & stylī æqualitate hujusmodi institutum postulante, multisque aliis de caussis eo inductus fuit. Neque id adeo vitio vertendum est Lutherō, ut, si temere & plus æquo sibi confidens in primis cogitationibus, quibus posteriores solēnt esse sapientiores, pr̄sertim in re tanti momenti acquievisset, censuram potius meruisse; Neutiquam tamen exinde sequitur, quod volunt ac intendunt aliqui, idem quod Lutherō in pertexendo opere suo atque indies perficiendo justissime concessum & quodammodo necessum fuit, hac nostra deum tempestate quibuscunque ex arbitrio suo in retexenda illa sive penitus reformanda aut de novo alia illi substituenda, tacite certe si non aperte, improbatō Lutheri labore sibi quandocunque & quotiescumque velint licere. Etenim II. ne repetam justum scandalū & damni infirmorum metum multo in pr̄senti majorem, quo longiori usū sesquiāculum excedente ea versio approbata sola usurpata ac familiaris jam omnibus Germanis reddita est, quæ Lutheri ætate pericula tanto pere non erant timenda, idem ille thesaurus non inter privata amplius scripta, si excipias ab Auctoris privato studio originem, sed qua usum & approbationem in genere saltim accedentem inter publica Ecclesiæ bona numerandus & simili Auctoritate (secus quām latīnæ aliæq; versiones promiscue etiam in cathedra usurpatæ, )

L

vel

vel mutandus vel alias eidem clandestinis machinationibus ac divulgationibus ( quibus sensim ad prioris eliminationem proceditur , ) subrogandus est . His accedit III. ipsius quoque correctionis , quam urgent Lutheri obrectatores , olim ab illo semel iterumque susceptæ ratio & conditio , utpote quam tantam & tam notabilem haud fuisse , quemadmodum perhibetur ; si primam recognitionem excipias solemniores , ex comparatione Exemplarium evidenter cognoscitur . Unde Dr. Diecmannus (a) alias , ut arbitror , calumnia occasione testatur : *Die Correction der Bibel Lutheri Ao. 1541. ist so beschaffen / daß bisweilen auf vielen Blättern nichts / auf einigen aber nur etwas weniges verändert worden / id quod & ipse l. c. ex priorum editionum collatione ostendit.* Quare propter paucas aliquot mutationes , quæ post nativam illustrissimi operis perfectionem A. 1534. accedere nil quidquam caussæ est , cur novis translationibus recentiorum æquiparari queant editiones reliquæ ; Minime omnium vero hoc pertinent emendationes 148. locorum , ceu traditur , a Collegio Lutheri post fata ejusdem susceptæ , quandoquidem non nulli in ipso opere perficiendo socii suo quasi jure & , quod plane arbitror verisimile esse , ipsius quoque Lutheri observationibus ab eo adhuc vivo probatis usi sunt , quanquam neque variationes ipsæ , si rectius consideres , multum momenti in sensu afferant . Ceterum quam prudenter & circumspecte tum hi tum successores etiam alii in novis correctionibus qualibuscum ; diverso tempore diversis sed minutioribus sint versati , vel ex solo I. Joh. V.7. deSS. Trinitate Testimonio plane insigni ὁ Θεος μονοφανεστας appareat , quippe quod , cum a Luthero omissum fuisset , haud dubie eò , quod in edit. græca ( Aldinam putant fuisse 1518. excusam , sive etiam antiquiorem ) qua usus est , non invenerat ; non tamen , nisi post multorum annorum decursum , circa finem demum Sec. XVI. germanicis codicibus convenienti loco fuit insertum , idque studio , ut vulgo fertur , & D. Maierus quoque diserte asseverat , primo Leonhardi Hutteri Witteb. Theologi Anno 1606. , quem tamen errorem

(a) Praef. Bibl. in fol. 17.

errorem laudatus Joh. Melch. Krafftius (a) minus verisimiliter hæc tradi existimans corrigit & scribit , eundem locum Anno 1605. in edit. per Laurent. Säuberlich Witteb. procurata, item Ao. 1604. apud eundem in 4to imo etiam in edit. 1599. incepta & Ao. 1600. ad finem perducta ejusdem typis, reperiri ; nec deesse Exemplaria Anno 1596. & 1597. (quorum priori B. Hutterus Jena Wittebergam demum vocatus fuerat,) in quibus jam dum legatur. Quomodounque vero res sit (lite hac aliis relata) tamen summam rei eo valere putamus, ut primæ emendationis cura patrocinium recentioris cujusque ausib[us] in Versione nostra Germanica carpenda non satis modestis, multoque minus cum alia nova permutanda conaminibus neutquam parere dispalescat, multoque circumspetius veteranos Theologos in tractanda Venerandi Lutheri Versione se gessisse , quam qui alto hodie supercilio istos contemnunt Theologastri, manifestissime pateat. Præterea & illud hinc evidenter constare potest, IV. non novam atque a priori diversam translationem vel huic equipollentem notabilem de novo castigationem sua Versionis Lutherum verbis supra allegatis animo agitasse , dummodo vita diutius frui ipsi licuisset , conficiendam, sed recognitionem tantum, seu, ut verba habent ipsius Megalandri, quibus se spem hujus consilii propter ætatem ingravesceret abjecere ait , daß ers noch einmal NB. fiberlaufen wolle / sive, ut alibi inquit, daß ers durchgehen wolle / addendo sollicitet, quicquid ad ulteriore perfectionem facere posset, (vollkommen herauß geben möge / ) ad quod desiderium explendum etiam phrasum quarundam perspicuitas major & verborum significantiorum emphasis sufficere potuisset. Tantum scilicet absit , ut novum inde nostris novatoribus jus quasi enatum atque potestas facta sit, Lutheri vices per fata interceptas nunc demum post tot annorum ac virorum hujus rei ignorantiam & officii sui neglectum suscepturnis, ut contraria omnia inde potius sequantur, nemine modestiorum id inficiante. Essent fortasse V. quæ de potestate a Lutherò aliis indulta , & huic scrupulo, loco jam , ut

L. 2. *admodum cunctis iustis hoc puta-*

— (a) Emend. & Corrig. in Maieri Verf. Lutk. Hist. §. 14.

putamus , moto addi possent ex Epistola ejusdem de interpretatione ; sed quoniam orationis loco citato structura seu contextus clare satis docet , Pontificis jam tum avthenticum haberi illum Lutheri laborem calumniantibus isthac esse opposita & ad præsentem Ecclesiæ statum non pertinere , de quo disponere Lutherus non poterat , quem nec distincte habebat cognitum , neque etiam quid Lutherò per modestiam visum fuerit , sed quid e resist Ecclesiæ , quidve ejus præfens conditio postulet , hac quoque in parte spectandum sit , non diutius huic objectioni immorabitur , quam etiam supra §.ii. repieres discussam.

XV. Verum audire mihi videor voces recentiora & prægnantiora hujusmodi Versionum novarum in protestantium Ecclesiæ proximo abhinc ævo adornatarum exempla objectantium , ac nominatum Anglos nobis opponentium , semel iterumque translationem suam mutantes . Belgas item aliam prorsus præficiæ in locum Seculo proximo substituentes , Danos denique enostris eosdem imitatos , neque adeo superstitione antiquis Versionibus inhærentes , quorum vestigiis ut insistamus , omni discordia & confusionum metu procul habitu , nihil esse , quod nos moretur . Enimvero longe aliam istorum conatum , quam de quibus nos disceperamus , rationem esse , multarum rerum diversitas docebit . Primo enim de Versionibus inter has pluresque gentes primum usurpatis ex Versione Lutheri , adeoque rivulo tantum , non autem ex ipso fonte , confessis , atque his quidem cum translatione nova ex textu primigenio commutandis actum est ; Earum vero ut multo minor auctoritas , ita major semper in illis vel emendandis vel removendis etiam libertas concedi potuit , atque etiam num posset , dummodo alia pro Ecclesiæ tranquillitate , ordinetque Panharmonia militantia , sicut jam saepius observatum est , contrarium haud syaderent , ipsamque Variationem hujusmodi , aut modum saltum aliquem institutum perficiendi disuaderent , qua de re non ex ingenio cuiusque , sed vel populorum & Ecclesiistarum , vel etiam temporum genio atque aliarum circumstantiarum consideratione judicare par est . Illud vero uti magnum ad

præ-

præfens negocium , nostrasque Versiones in Ecclesia novas sive probandas sive & improbandas momentum affert, ita multo sane magis pondus habebit , ubi amplius ex historiarum monumentis dignissime fide testimonis intelligemus ; non temere & pro lubitu ab auctoribus istarum sive translationum sive emendationum nobis objectarum id opus fuisse cum coptum tum etiam peractum ; sed publica totius Ecclesiae , velut in Synodo Dordracena Belgicæ , aut, ut in ceteris Ecclesiis ante memoratis , summarum potestatum , tanquam Ecclesiae nutritiorum Ep. XLIX , 23. auctoritate sive imperatum sive approbatum & in Ecclesiam introductum , imo etiam cautum diligenter ac prudenter ab iisdem fuisse , ne quis in posterum pro suo arbitrio aliam novam in ea re mutationem moliretur ; sicuti tum ex editiis Angliae Regis doctissimi Jacobi I. & Ordinum confederati Belgii præfatione bibliorum Versioni solenniter curatæ præmissa , ac denique ex Dn. D. Joh. Wandalini Epistola ad Joh. Fr. Mayerum perscripta , atque Historia Vers. Luth. sua ab hoc inserta , videre est . Nam qui primo loco nominabatur Angliae Rex non modo a. 1611. accuratiorem fieri conversionem Codicis S. per Londinenses & utriusque Academias Theologos , viros adeoque in publico officio constitutos , summos , sed etiam ea lege , condicussit , ut simpliciter nova Versio non adornaretur , sed Vetus & ab Ecclesia diu recepta ( Episcopalis puta ) ab omnibus novis & vitiis purgaretur , item , ne recederetur ab antiqua translatione , nisi Originalis textus veritas & emphasis postularet . Ordines vero foederati hunc sibi finem fuisse propositum in Versione nova contexenda , præfatione citata , testantur ut in publicis templis & Scholis eadem , sua auctoritate comprobata , usurpetur ; unde etiam , ut Doctores omnes Professores &c. illa utantur jubent , concordia seu harmonia boni ordinis , & sacræ in Scholis & Ecclesiis cuiusque functionis magis magisque promovenda gratia , ( de eenigheyt , Welstant ende dient der gemelte Niederlandtsche Gereformerde Kerken , eende Scholen meer ende meer te Verderen ) Dn. denique Wandalinus de Danicis Versionibus atque editionibus pluribus testimonium fert gravissimum ,

nullam sine mandato Regis sed primam jussu Christiani primi, alteram *Regis mandato*, tertiam ex Christiani IV. imperio, requisita insuper Facultatis Theolog. censura, si non communicata cum eadem opera, prodūsse; sigillatim vero illam, quæ ex fontibus derivata atq; ex suggestu communiter adhibetur, Resenianam, vel ex altera editione in 4<sup>o</sup>. Swanngianam etiam dictam cum Censura Facultatis Theol. Regioque mandato & privilegio promulgatam affirmat, tanta quidem contra privatos aliorum ausus ejusdem servanda cura & constantia, ut Ivaro Stubæ Prof. Hebr. L. Hafniensi ex sententia consistorii Academici an. 1609, lata male cesserit, quod spreta Resenii opera Versionis accuratioris specimen in duobus Jobi Capitibus typis vulgare præsumisset. Hæc itaque prudentiæ specimina & exempla summarum quoque potestatum in mutationibus ejusmodi rectius observare sive etiam, si res ita ferat, imitari, quam nudam & crudam eorum recensionem, novos novarum interpretationum scripturæ artifices nostros decebat. Reliqua vero, si accuratius inspiciant, contra sè potius, quam pro suis conatibus, quippe publica auctoritate, non privato consilio, neque temere suscepta & ad turbas ex Ecclesia potius eliminandas, quam nutriendas spectantia, deprehendent facere posse, suaque adeo vineta cädent, quando paria, & multa cum circumspectione inita non expectantes consilia, improvidi in hæc molimina ruunt, Ecclesiam præpostero ausu in discrimen conjicientes, hac præsertim tempestate, ubi novæ μεθοδεῖας Ἡ Σαλαβᾶ undique Ecclesiam oppugnantes atque clam palamve infestantes, sicuti jam olim prædictum est a Paulo II. Tim. III. 1. sq. I. Tim. IV. 1. Rom. XVI. 17. 18. Apoc. XII. &c. obseruantur passim eximiæ; Ulbi porro χριστολογίας, quasi c. συντάκτων alios jubet Apostolus, quasq; Reizium prætexere audivimus superius qui busve veritati Doctrinæ in Ecclesia insidiæ struuntur periculissimæ, pluribus exponere & κανονιζάντι hominum inconfideratorum exaggerare uberior liceret, nisi caput II. abunde isthac docere posset, & aliæ nos objectiones, quæ supersunt, ad examen sui necessarium vocareat.

XVI. Con-

XVI. Constitutum enim est quædem adhuc scripturæ dicta , quibus ad hos ausus justiamque causæ suæ stabilendam abutuntur Novi Metaphraſtae nostri , exactius considerare & ad Veritatis lamen-  
cem ea expendere . Ubi quidem eminent bina S. Pauli dicta , al-  
terum ad Col. III. 16. verbum Dei πλαγιῶς inter nos habitare ju-  
bens , alterum vero Phil. I. 18. si verbum Dei παντὶ τέσπερον prædi-  
cetur gaudio ac delectationi id esse nobis debere ipsius Apostoli  
exemplo affirmans . Hæc itaque potissimum nobis spectanda  
erunt , reliquis I. Thess. V. 10. Spiritum nolite extinguere . I. Cor.  
XII. 7. unicuique datur manifestatio spiritus ad communem utili-  
tatem , & Joëlis denique loco Cap. II. seu III. vexatissimo brevif-  
fissime poſthæc , quatenus hoc facere videntur , considerandis . Sed  
quod ad priora Pauli loca attinet , tota via errare , qui primo di-  
cto niti volunt , & ad suum multiplicandi in Ecclesia Versiones  
Vernaculaſ studium verba Apostoli trahunt , manifestum est ex  
eo , quod Apostolus in illo loco vel de Evangelica doctrina agat  
nunquam ex animis Coloffenſium evellenda , sed quotidianis in-  
crementis augenda potius & roboranda ; ( qua notione ac ſensu  
eadem vox ἐνοικεῖν H. Tim. I. 5. de fide in avia matreque Timo-  
thei habitante accipitur ) Quo vero modo diligenti verbī ſcrutatio-  
ne atque uſu denique , & fidei ac pietatis exercitiis , ad quæ illiterati  
Versio noſtra omnium maxime perspicua plurimum conferet  
res omnis abſolvetur ; vel quod diſferat , uti quidem Orationis con-  
tex-  
tui congruentius videtur , de diligentia ἐν τῷ διδόνειν καὶ γνωθεῖν ,  
atque ad largam exhortetur idem verbum Dei non parce ſed co-  
pioſe ac opulerent tractandi rationem , qua fiat , ut non aliqua tan-  
tum ſui parte ; ſed integrum , non ſegniter ; ſed cum induſtria id  
legamus & audiamus , de illo ubique loquamur , id ſemper medite-  
mur , eo unice deleſtemur , quæ verba ſunt B. Calovii , Commen-  
tario ad hunc locum , exercitia iſthæc mire prædicantis . Hæc au-  
tem posteriora quoque cum citra novas etiam in Vernaculaſ  
Versiones folius Veteris ope & auxilio , imo multo commodius ,  
ſicut exemplis paucis §. XII. ostendimus , ac pluribus etiam faci-  
le demonstrari adhuc poſſet , fieri queat , quid inde pro libertate

aut

aut necessitate potius earum concinnandarum ac promiscue evul-  
gandarum firmiter colligere liceat non perspicio , a longe rectius  
ex Apostoli verbis sequentibus , nihil hic temere suscipiendum esse  
colligo , ubi ἐπάσχεται φίλοι id omne fieri debere docet , adeoq; hoc  
quicquid esse juris videtur , verbum quoquo modo tractandi , pru-  
dentia Christiana temperandum , & ad finem optimum dirigen-  
dum esse sapienter monet ; Quæ quidem Virtus quid exigat in  
præsenti , supra exposuimus . Multo vero minus alteri ex Epistola  
ad Philippenses dicto ad præsens negocium probandum robur  
inesse censemus , quanquam pro efficacia ministerii malorum in-  
signe testimoniorum perhibere certum sit . Nam , quantum ad  
nostrum institutum attinet , non omnem ibi modum prædicandi  
verbum Dei approbari a Paulo ex contextu patet , sed eventum  
tantummodo propagationis famæ de Evangelio salutaris etiam il-  
legitime factæ , atque adeo a Paulo potius improbatæ , si modum  
spectaret agendi , materiam gaudendi & lætandi præbuisse , res ip-  
sa & sermonis totius series integra docet . Super hæc & illud mani-  
festum est , intentionem prædicantium magis variam ac diversam  
quam methodum ab Apostolo respici , quæ quidem si hoc loco om-  
nis omnino laudaretur & commendaretur , nonne & Pontificii ha-  
berent , ut simili arguento , quo alii pro novis Versionibus  
suis , ad stabiliendum lingua Latinæ in Ecclesia sua usum & publi-  
cum eo sermone cultum sacrum uti possent , fortassis & quorundam  
ut constat , piscibus aliisque bestiis concionantium ineptiæ  
hic patrocinium invenirent , imo si quis ex fôrdidis quoque locis  
aut in publico foro citra necessitatem verbum Domini publicis  
Declamationibus exponeret , hinc colorem vel etiam laudem acto-  
rum , minus decore saltim susceptorum , petere posset ; quæ om-  
nia non arbitror quenquam sanæ mentis hominem probaturum  
esse . Atque ita quoque de ceteris Scripturæ locis superius allega-  
tis facile constabit , a dono Prophetæ , sicut & reliquis , citra ar-  
rogantiam vere etiam , concessis , ad eorundem usum & exerciti-  
um quovis modo instituendum non procedere consequentiam ,  
quo etiam factum , ut & Paulus legibus quibusdam necessariis  
de

de charitate, ordine, decoro ac ratione temporum personarum & circumstantiarum aliarum habenda I. Cor. XII. XIII. XIV. id munendum existimaverit; quod idem etiam, quando scribit communem utilitatem respiciendam esse, & singulis sigillatim ac distincte demandata munia relinquenda, ad corporis totius ædificationem promovendam, atque Schismata in corpore evitanda, uberioris confirmat. Unde etiam constat, neque Laicis, imo ne ipsis quidem Ecclesiæ ministris scriptorum, hoc ævo cumpromis & his in Ecclesiam periculosis hostium insultibus, Theologicorum aliorumque tantum in recessu haud habentium, edendorum vulgandorumque, absque præscitu, consensu, & censura ordinarii ministerii facultatem indulgeri ac potestate. Quod cum ex Act. XX. 28. Tit. I. 9. I. Tim. IV. 16. atque ipso Episcoporum & Vigilum nomine atque officio firmari recte ac provide passim observari videas, quidni ad biblicarum Versionum in Vernacula maxime divulgandarum vel reprimendam licentiā, vel pericula alio quovis modo avertenda pertinere credas, nisi hac in parte Prophetas aliis Prophetis subiici non debere neque opus neque dere totius Ecclesiæ esse contra I. Cor. XIV. 32. 33. temere tibi persuaseris, ad quem locum digna erit quæ repetatur & probe ponderetur glossa Lutheri: *Erlische mei-  
ten/inquietis, weil sie den Verstand und des Geistes Gaben haben / sollen sie niemand weichen oder schweigen/  
aber St. Paulus spricht hier: Sie sollen und mögen wol  
weichen/ statemaßen die Gaben des Geistes in ihrer Macht  
stehen/ ihrer nicht zu gebrauchen wider die Einigkeit / daß  
sie nicht sagen dürfen: Der Geist treibe und zwinge sie. Ob-  
servent hæc nostri Neo-Metaphrasia & a spiritu suo (sancti speciem  
mentiente) Mal. II. 16. sibi caveant, וְלֹא יִבּוֹן, cuius vocabuli  
Emphasis ad se pertinentem & impotentiam animi egregie declarantem ut intelligent, Habacuc Cap. III. 1. & Job. XXXII. 19. 20.  
simul conferant, & res fortassis erit in vado. De vaticinio Joëlis nihil addimus, quoniam uberrima divinæ Veritatis cognitio phrasibus ex Vet. Test. Oeconomia deponit & ad Novum Ecclesiæ Nov. Test. statum rite accommodandis, saniorum consensu, ibi-*

ibidem prædicta & in ipso Pentecostes primæ festo impleta illic describitur ; quantum vero id vaticinium nostra quoque (quâ ordinaria Spiritus S. charismata etiamnum dispensantur) tempora respicit, iisdem de prudenti eorum usu responsionibus, quas jam antea suggestimus & suppeditavimus nullo negocio satisfieri poterit. Ceteris vero circa hunc locum dñbiis B. Winklerum & B. D. Alberti obviamivisse solidis vindiciis notum est.

XVII. Sed finis tandem imponendus est huic capiti, quem & postquam unicæ adhuc rationi verosimiliori quædam reposuerimus, confessim faciemus. Scil. non esse prætermittendam temporum diversitatem & nostrorum quidem felicitatem, qua non studia tantum literarum prope omnia sed etiam philologica quam maxime & quasi ad miraculum usque exulta Lutheri ætatem antecellant, existimaveris ; Quo majora proinde & copiosiora sint adminicula interque ea nominatim Hebreæ Græcæque lingue non tantum rudimenta cum squalore antiquo quasi adhuc colluctantia, sed Grammaticæ accuratae, Lexica egregie disposita, Concordantiae bene ordinatae, Linguarum O Orr. Harmoniæ profundior cultura & quod præcipuum aliqui putant, Accentuationis doctrina perspicuitate singulari exposita, Commentariorum denique & Critici studii subsidia atque apparatus utilissimus, tanto majorem non modo commoditatem offerri, sed quandam etiam quasi necessitatem atque vinculum imponi, ut, qui his instrumentis polleant & instructi sint, ad versiones novas vernacula nostra accuratores elaborandas, iis utantur, siquidem ratio talentorum concessio apud Deum aliquando constare debeat. Enim vero desideranda statim sunt non pauca in liberius nexa hac consequentia. Nam illud facile concederim incrementis bonarum literarum ad mentem quoque divinam investigandam, quæ in scripturis nobis exposita est, adhiberi debere largius pro larga eorum dispensatione divinitus facta ; quemadmodum vero alia quoque via quam versionibus novis nec sanis neque provide suscepitis & vulgatis ratione turbarum in Ecclesiastam periculosius & tectius motarum promotarumque non uno nomine dissuadendis satisfieri potest , sicuti proximo capite ostendemus.

ostendemus, supra etiam jam aliquoties monuimus, & exempla de  
nique commentationum in scripturam variarum vario idiomate  
editorum abunde satis probant; ita non erit cur hæc ratiuncula tam  
confidenter nitaris; Eo quod in hoc etiam capite dissensus nostri  
quid conducibilis sit & quodnam inter media verbi Divini sententi-  
am exploratam propagandi plura potius & consultius eligendum  
videatur prudentia magis quam impetus præjudiciorum præscribere  
potest. Sed missa consequentia videamus qualia & quan-  
ta sint commemorata isthæc subsidia atque, si cum Lutheri ætate  
compares, quoisque ad præsens negocium aptiora. Ubi quidem,  
ut quodres est dicam, de græcæ linguae cultura, si quædam exci-  
pias quæ, modo vellent nostri, ad linguam illam facilius descendam in  
medio nunc sunt, scripta, vix recentiorum in eadem lingua eruditio  
ævo Lutheri Reformationi proximo comparanda videtur, cum  
constet eo tempore præcipua græcæ literaturæ ornamenta floruisse  
interque ea cum amicissimo Joachimo Camerario Phil.  
Melanchthonem, fidum in Versione Lutheri adjutorem, præcipuis  
quibusque nostræ ætatis Græcis palmam præripuisse aut dubiam  
saltim facere potuisse, cuius tamen linguae notitia in novis Test.  
Novi translationibus, quas extare novimus & digitum eo sèpius in-  
tendimus, potissimum fuerat attendendus. Cæterum & ipsum  
Lutherum non græcæ tantum linguae sed & Hebrææ, quam Nova-  
tores in Versione Vet. Test. Librorum vix attingerunt haçenus,  
admodum fuisse peritum res ipsa & Observationes viri B. frequen-  
tissimæ confirmant; id quod non est cur miremur, si quidem post  
densas ignorantiae tenebras & Moses Hebraeus in Germanorum scho-  
lis jam tum caput extulerat non modo Reuchlini seu Capnionis per-  
tinaci diligentia prima rudimenta Grammaticæ & Lexici Germanis  
dantis, sed & aliorum curis Conradi nempe Pellicani, Joh. Pot-  
ken, Wolfgangi Fabricii Capitonis, Sebastiani Munsteri, Matthæi  
Aurogalli fortassis & aliorum studiis, in quibus postremus  
Anno 1530. Hebrææ & Chaldææ linguae Grammaticam suam altera  
jam vice Wittebergæ publicaverat & Lutherò fidum ut Præ-  
ceptorem ita & Consiliarium in Codice S. vertendo sese præbucrat;

M 2

Cæteris

ceteris non minus hāc in parte doctis, quos supra nominavimus, viris, Crucigero, Forstero, Zieglero aliisque operam gnaviter suam vel sponte adhibentibus vel in consilium a Lutherō sēpius adhibitis. Ne quid dicam de studio Orientalis literatura non modo diligenter ab ipso exculta, sed & aliis in Epistola ad Senatus civitatum & Consules de Scholis erigendis enixe commendatæ, usū atq; Lexicorum etiam recentissimis Philologis non per omnia approbato significationum scil. vocabulorum facilius citiusque ex Versionibus vel etiam ipsa Vulgata addisci posse, quam ex vocabulariis & Lexicis existimantibus ; (a) quanquam & Lutherus quid senserit de nugis Rabbinico-grammaticis sēpius non imperito docuerit, uti supra de eo querentem audivimus Simonium ; Nec hodieque defunt ex Theologis, qui uti Theologiam cum Gersonne scientiam affectivam recte appellant, ita Grammaticam, Logicam & Criticam eruditionem solam ad interpretationem S. literarum sufficere non putant, sed per se patere arbitrantur, si lectio Scripturæ legentis mentem in mentem scribentis, h. e. Spiritus S. transformare debeat, (quod utiq; necesse est,) Subsidia externa saltim necessaria, seu mediocria, morum & affectuum conformatio nem preces pias & attentam mediorum deniq; Hermeneuticorum applicationem una cum tentatione multo felicius usū venire posse. Quæomnia uti ipse quoq; eam methodum legendi & intelligend Scripturam Præf. ad T. I. Germ. Jen. commendavit, ita præter singulare Div. auxilium Lutherò adsuisse vix quisquam e nostris inficiabitur, non mediocrem vero originalium linguarum cognitionem Lutherum habuisse alii fortassis loco contra Simonium distincte ostendetur. Ex quibus luculenter porro elucescit, Concordantiarum usum, si desit, familiari Scripturæ in fontibus Lectione suppleri potuisse, licet nec Hebraicas Rabbi Nathanis, nec Græcas etiam, multo minus latinas (b) tunc temporis plane de suisse sciamus. Quod denique ad Accentuationis Doctrinam at-

(a) Vid. Joh. Henrici Maji. *Introd. ad stud. Philol.* postremæ ed. Examini  
Criticæ Simon. N. T. annexum c. II. p. 10.

(b) Vid. Hist. Concordant. a Buxtorf. Hebr. *Cone.* præfixa in præfatione.

tinet tradita illa quidem nostra temestate accuratius fuit, sed tot tamen etiam nunc difficultatibus implicita est, tum ob Iudeorum in Librorum ceterorum præter Pentateuchum accentuatione conservanda negligentia tum etiam Lætionum variarum hinc etiam fortassis ortarum copia, ut nuperime demum Dn.D. J.H. Majus (a) L.c. monuerit non conducere Tyronibus, ut subtilitatibus nimiis sese immergant, & ut fieri solet in Academiis, magis necessaria negligant, sed satis esse, ut ea quæ certa explorataque hac in doctrina sunt, & accentuationem à posteriori, quam vocant, habeant cognitam, cum satente Wasmutho, quem plerique sequuntur, constructiones sive nexus syntactici sint fundamentum conjungendarum aut distinguendarum vocum. Unde & R. Pfeifferus (b) de auctoritate accentuum non esse tanti ponderis atque depunctionum antiquitate, (quam Lutherum non credidisse constat,) questionem affirmat, quoniam nexus Script. S., paucis locis exceptis, per alia subsidia, scil. ex constructione vocum, ex Antecedentibus & consequentibus, scopo scribentis, & analogia Script.S., seposita etiam accentuatione, probari possit; quanquam etiam in N. T., quicquid sit de Veteri, nostra interpunctionum & incisorum distinctio Lutherò jam defuncto Rob. Stephano inter equitandum demum confecta & J. Leusdenio (c) teste in ed. N.T. Græc. Lat. Ao. 1551. primum expressa sit, qua neque Lutherus uti potuit, neque etiam nos, irtote humana opera quodammodo deproperata, si textus σονάφια aliud postulat, mordicus eidem inhærere opus habemus. Ad postremum de Commentationum in Script. Libros, qui nunc præsto sit & in consilium vocari queat, apparatu, quo destitutus fuerit Lutherus, observamus: Etiam si in studio Exegetico his temporibus ingentes progressus esse factos non negemus, non tamen eo nomine magis idoneos esse, præser-tim qui sibi ipsis factim tales videntur, Nostros, ad Versionem vernacula nostram contexendam arbitror, quoniam partim Explicatio-

(a) Introduc. in studi. Philol. c. III. p. 27.

(b) Thes. Hermenevi. Hypomn. ad c. II. §. 16. p. 99.

(c) In Philol. Græco N. T. Dissert. XX, §. 22. iisque Henr. Stephanus Prof. ad Concord. N. T. Graecas sol.

num copia, ut vel ipsi nostro exemplo deprehendemus, si recte attenderimus, Lectorem facile inopem & magis incertum reddere posset, aut in sententiam a sensu Spir. S. alieniorem saepe propendente, unde etiam non immerito inter prajudicia Hermenevtica, post alia generalia, illud, quod ex commentariis haustum, auctoritate præsertim scriptoris celebrioris confirmatum, numeratur, (a) quo vel maxime Criticorum nostrorum syadam incautos pellicere posse censeo: partim etiam in Versionum de novo recte confiendarum artificio non modo sensus genuini eruendi, sed etiam verborum lingua vernacula usitatorum suo loco adhibendorū, quæ laus pñne propria Lutherò, ab aliis profecto longo semper intervallo relictò fuit, ratio habenda est, quo Commentarios maximam partem Latinos, immo ne vernaculos multum facere crediderim. Hæc igitur dum cogito & alias quoque circumstantias pariter expendo justa rationis trutina, parum abest, quin Lutheri ævum felicius nostro prædicem, tanquam inter priscum ab inerti commentandi arte claram & allegoriarum ac in verbis Iuslui feracissimum, atque nostrum vel Critica multorum petulantia vel minutiarum, inutilium saepe, morosa conjectatione, ad minimum Interpretationum multitudine, si non ad Scepticismum inclinans, dubios tamen magis quam certos Lectores reddens saepissime, medium ac velut inter sacrum & saxum sive scyllam & charybdim constitutū, quodque solis legitimis Explicationum mediis tum Generalibus omnium tum specialibus sacrorum Librorū citra discrimen utebatur, sensum Spir. S. promptius investigare potuisse plane mihi persuadeo; quod quidem cum aliorum Theologorum Lutheri collegarum & discipulorum speciminibus, brevibus quidem, sed in Exegesi Scripturæ accuratis, tum vero etiam ipsius Lutheri scriptis, nominatim ad Galatas & in Genesin Commentationibus insignibus probare in proclivi esset, multoque luculentius demonstrari posset, si, quem in Biblia integra Commentarium una cum aliis sociis laborum ex omnibus Lutheri scriptis ac Tomis multa industria congesit quondam B. Spenerus, uti saepius in Theol. Judicio commemerat,

(a) Vid. D. D. Buddeus Philos. Instrum. P. II. c. II. §. XXX. sq.

morat, lucem adspexisset vel in posterum adspexerit. Interim sufficit nobis in praesenti ostensum esse non minus verosimiliter neque jactata ex Philologicis subsidia hujus ævi talia esse, quin desiderari in iis plurima possent, haec tenus faltem, ut condenda novæ Versionis necessitas hinc non modo nulla colligi queat, sed etiam ingens, quem in Philologicis Criticisque deprehendimus, abusus qualiscunque prærogativæ hujus, multo magis, ut disfaveamus, postulet.

## CAP. IV.

Βελευτικόν.

Seu

### *De Remediis huic negotio aptis & consiliis difficiens.*

#### I.

**F**Ortaffis autem post difficultates motas, & conamina aliorum improbata, nævis tamen in Versione nostra occurrentibus non omnino negatis, quæras, quomodo partim obviam eundum sit quorundam hominum & animorum intemperiei, partim etiam Veritati Doctrinæ cœlestis in lucem magis magisque protrahendæ, salva Lutheri auctoritate, salva etiam infirmorum conscientia, salva Ecclesiæ tranquillitate, non temere utique turbanda, prudenter consuli possit? Evidem sententiam & suffragia Doctorum audire hic præoptarem venerabundus, quam in re ancipiiti ex curta supellecstile mea depromere vellem: Dicam tamen quod sentio, postquam veniam errorum deprecatus, uti par est, fuiro.

II. Non una proinde est quæstio, in qua cardo vertitur; Altera enim, uti dictum, ad privatorum consensum Ecclesiæ non expectantium labores præpropere vulgatos attinet, altera vero correctionem & emendationem veram sed legitimate suscipiendam spectat.

stat. Et quod ad primam quidem, qua ratione istorum temeritati obstaculum sit ponendum & remota, facillimum esset, si typographi & bibliopolæ jurejurando adstricti non uno loco, novis hujusmodi vinculis ne quid absque censura antecedente prelo subjicerent, aut subjecta clam divenderent arctius constringerentur, eo quod non minus pro sacræ reipublicæ seu Ecclesiæ Christi tranquillitate & salute quam pro civitatum regnorumque quiete excubare summas potestates decet; dummodo lucri cupidine & auri sacra fame mortalia pectora vel ad fidem juratam frangendam non essent, quæ inducerentur &, quod in primis dolendum est, quæ querundam Magnatum ac terrarum laudabilis procuravit vigilantia, subinde licentia alibi locorum & ab aliis indulta eluderetur; quo quidem modo, si res Ecclesiæ gerantur, non est, ut remedium hisce malis ex hoc fonte parari posse videatur, sed precibus ad D E U M fuis, quibus, ut animorum ipse flectat in Ecclesiæ salutem cogitationes atque prava quæque molimina disturbet, rogetur, negocium omne committendum. Interim, ne per cuniculos hujuscemodi versionibus clam palamve publicatis eccl̄is Christo collectus & cœlestis veritatis summa capita corruptelæ periculum adeant, detegendi erunt omni studio latentes sub herba angues & in herba, quod ajunt, quicquid mali justa præsensione formidamus, opprimendum; Idque tum ea, qua par est, modestia, tum etiam gravissimis Argumentorum ponderibus, quicquid etiam sive laboris sive calumniarum aut conviciorum ab adversariis dicacionibus sustinendum sit, erit expediendum, ne, ceu in Scholis Medieorum docetur experientia confirmatum, quod in Hæc tunc febri hac quoq; in re accidat, quæ, ubi scil. primum aliquem init, curatu facilis quanquam cognitu difficultis sit; sed si cuncte ruris, nulla opportuna amplius curatione sanari possit. Novi quidem & proscriptionem ex Bibliopolis inter adminicula reprimendæ hominum petulantiae numerari, sed desideria plerorumque, nisi caute ac in primis initis illa suscepta fuerit, atque exempla subtracta, magis ita accendi experimenta quotidiana docent, quam impediri aut deteri. Interea si & frequens atque sollicita eorum qui Ecclesiæ

Ecclesiae præsunt docendo, vel etiam Collegarum amica disuasio, immo & si opus videatur, rei compertæ denunciatio hujusmodi lucubrationum inter novarum rerum cupidos accedat, junctim, quantum possibile est & ad conscientiam cujusque sartam tecumque requiritur servandam, hoc modo aliquid profici posse automo. Quæ cum ita comparata sint, quando de impressis & vulgatis jam laboribus agitur, haut paulo minus deinde animadvertisendum quoque est utriusque ordini in Ecclesia curam salutis animalium in primis gerenti, ne, sicuti affectæ sint & exploratæ ejusmodi lucubrationes aut censuræ tradantur publicæ, typis facile ab auctoribus committantur, vel ut subjiciantur iisdem facultas concedatur, sicuti Exemplo Augusti Luneb. & Brunsvic. Ducis, instituto istiusmodi primum faventis postea vero ex gravibus utique rationibus sententiam mutantis, (de quo supra Cap. paucula diximus,) constat, atque ex B. Comringii ad Eundem de Natali Epistola gratulatoria pluribus totius negotiorum cognosci potest. Vel, sicuti necessarium videatur, pœna quoque constituta delinqüentibus atque exterorum opera urentibus inhibeantur, quale quid de de Ivaro Stubæo ex Hist. Dan. D. Wandelinum supra laudata Epistola perscrississe atque Academiam Regiam Hafniensem solerti consilio statuisse meminimus. Secus enim si fiat, quid mirum, si per indulgentiam morbo jam incurabili factò nullus amplius sit medendi locus.

III. Quid autem? Nullane unquam Versionis, qua usi sumus hucusque & adhuc utimur Germanicæ, sive emendatio sive castigatio, sive denique ad usum commodiorem perfectioremque accommodatio indulgenda ac permittenda? Non puto, nisi ab omnī labore immunem omnisque erroris Hermenevtici saltim (nam de dogmaticis inter nos transacta res est) expertem ipsumque auctorem non interpretem sed vatem isthoc opere fuisse prohibeamus. Quod cum a nemine crediderim affirmatum iri, de modo

N.

atque

atque methodo hujus instituti & inchoandi & conficiendi tantum disquirendum erit.

IV. Atque hic quidem sunt, qui methodum usque hoc receptam, vel privatim, si usus ita ferat & occasio offeratur, docentibus, vel publice etiam pericopas S. quas textus vocamus, explicantibus, ubi manifesta a fonte disensio, quod raro continget, vel major in eodem emphasis deprehendatur solam retinendam esse suadeant; vulgare illud, quo omnis per proverbium quasi dicitur periculosa esse mutatio, vel etiam hominum longius quam par est, qualicunque data forsitan ansa, progredientium libidinem spectantes atque presentientes. Quo modo, si pie &, quanquam non cum longa adulatoriæ ac Germano pectori indignæ protestationis ambage, ut nostros nemine prope excepto omnes accusat Sixt. Amama (a) citra tamen injuriam in B. Lutheri manes aberatio forte observata corrigitur, satisfieri posse & paci in Ecclesia colenda, & ædificationis iustis rationibus sine offendiculo quærendæ perfvasum sibi habent.

V. Enimvero nequerentes desunt haud improbabiles neq; nomina alteri sentientium haud postrema, quibus istam methodum non improbari quidem, non tamen totum munera faci ad Scripturæ scrutinium (τὸ ἐρευνᾶν Joh. V. 39. & ἀναγνῶσαι Act. XVII. II. τὸ ἀρετῆσαι II. Petr. I. 19.) fideliter alios manuducendi sufficientem & obtinendni fini τῆς διδασκαλίας integro parem esse videri constat; eo quod verba sive in privatis colloquiis, sive ex suggestu in publico coetu hac de re facta rarissime ita inhærere soleant memoriae, rarius præsertim, ceumulti textus occurrere etiam solent, repetita, ut qui ab ore doctorum pendent altius in ea inquirere suo marte seu privata industria paucissimi, maxime vero omnium illiterati, & qui fontes consulere ipsi nequeunt, haud possint. Horum itaque commodis rectius promovendis, & ad studium literarum S. quo ducuntur subinde nostro in primis tempore,

juvan-

(a) Orat. Antibarb. Bibl. præfixa.

juvandum atque simul occupandas errorum & impostorum fraudes, quorum non pauci volunt esse Legis Doctores non intelligentes neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant I. Tim. I. 7. fatius arbitrantur aliqui fore & salubrius, si scriptis quoque & prelo subiectis hujusmodi Observationibus & ad Scripturam intimius perscrutandam facientibus adminiculis suppetiæ ferantur; Futurum quoque insuper ita spes est non plane incerta, ut a suspectorum hominum, de quibus hac dissertat. integra actum est, laboribus periculosis avocari, ac desiderium tamen proficiendi non injustum aliquo modo satiari queat.

VI. Antequam autem ad formam & modum hujusmodi institutum perficiendi propius accedamus monendum erit studiosissime, non consultum videri, ut negocium tanti momenti unius hominis industriae, multo minus privato arbitrio absque jussu & industu summi magistratus & Ecclesiastici ministerii credatur atque committatur aut relinquatur. Est enim contra Dei præceptum, qui, ut suum cuique tribuat neque nimium quis sibi soli tribuat, vel alienum munus occupet, non modo in Scripturis & Naturæ legibus docuit, verum etiam sanæ rationi omniumque societatum scopo convenit, ut, quod ad omnes pertinet & totius est Ecclesia, cuius & salus in eo versatur, omnium consilio judicio & consensu suscipiatur pariter & peragatur. Quod vel maxime in hujusmodi Versionis nostræ biblicæ qualicunque recognitione necessarium erit, quoniam non privatus sed publicus & communis usui omnium destinatus atque commendatus thesaurus iste publicam quoque auctoritatem, si quid in eo rectius apparando & ad utilitatem communem formando suscipi debeat, exposcit interponendam. Scilicet, si non ad Adiaphororum seu rerum mediarum in Ecclesia doctrinam ac numerum usus nostræ Versionis inde a Reformatione constans reapse pertinet, tamen ingentem cum ipsis affinitatem utique habebit & secundum analogiam eorum, quæ de illis doceuntur in Ecclesia ex Oraculis divinis plane dijudicanda erit.

N 2 Quemad-

Quemadmodum vero, ut B. Krakewiz Sen. (a) loquitur, *ritus & consuetudines Ecclesie non unicum tantum in Ecclesia ordinem concernunt, sed toti Ecclesia in servient, & publicos conventus actionesque sacras condecorant*, (dirigunt, juvant &c.) ita etiam ab omnibus curandum est, quod omnes tangit, per maximam omni jure receptam omnibusque societatis, communitatibus, conventibus nostrisnam usitatissimamque; nisi incommoda & distractio membrorum ac multiplex confusio inde certo secutura sint. Unde etiam quod in mutationibus rituum ac ceremoniarum passim a nostris prudeenter moneri, imo ab illis quoque, qui licentiam non satis justam de externis in Ecclesia institutis judicandi affectant, observari videoas, hac quoque in re non consultum creditur aliquid novi moliri, nisi informatione necessaria ante praemissa & salutari scopo universæ Ecclesiæ plenius exposito *intra* Evangelicæ gratia.

VII. Sed non modo Auctoritas publica, veluti Exempla Ecclesiistarum Anglicanæ, Belgicæ & inter nostras Danicæ supra & fieri posse docuerunt, & quomodo procedendum sit quasi digito experto monstrarunt, verum etiam, ut eandem viam nobis ineundam cædē ostenderunt a Viris publica functione & eruditione conspicuis Labor iste novæ expolitionis Lutheranæ translationis nostræ erit adornandus & postquam elucubratus fuerit aliorum quoque Collegiorum Theologis doctis & cordatis, fortasse & plurium viorum linguae utriusque peritis, sive publicis maximorum Principum auspiciis convocandis sive etiam apud lares cujusque domesticos relinquendis censuræ iterum iterumque submittendus, ubi si plenus omnium ac per omnia consensus, qui præsenti Ecclesiæ statu & propter sententiarum in Exegesi Scripturæ diversa sentientium discrepantium vix impetrari poterit, haberi & obtineri nequeat, præcipuorum ac potissimum habenda fuerit ratio, in primis eo, quod Avthenticam explicationem ne sic quidem moliretur Ecclesia aliis obtrudendam sed libertate discernendi ve-

(a) De præpostera abrogatione rituum p. 18. cd. reofil.



ra a falso adhuc relatae commoditati saltem in Divinæ mentis  
tensa inquirendi adjumentum afferre intenderet.

VIII. Hæc vero consilia quamvis non contemnenda sint,  
non tamen videntur eo intelligi posse aut debere, quasi vel  
extirpanda hoc modo Lutheri pristina versio sit, quod sine sum-  
mo periculo eorum, quibus illa familiaris jam redditia est,  
sciri non poterit, vel etiam, quam non facile quis pro-  
babit methodum, ut excisis & rejectisque e Textu quibus-  
dam Scripturæ dictis sive phrasibus, imo & vocabulis in-  
terpolanda sit ea qua nunc utimur, Lutheri versio:  
Nam, quod facillimum esset demonstratu ex antiquioribus quibus-  
dam Exemplaribus mutationem aliquam passis, si scandalum in-  
firmis, offensa tamen inter legendum remoram patientibus itacer-  
to poneretur, unde etiam B. Spenerum verbis supra Cap. II. §. Ult:  
reperitis eadem quoque dissatisfisse meminiimus. Sed eo valere potius  
atque dirigenda illa esse haut dubie existimandum, ut salvo &  
illibato Textu versionis antiquo recens notata ad dubia loca at-  
tentius consideranda ac per συμβασιον sacram declaranda  
& intelligenda unice faciant, neque lectores turbent sed  
adjument. Sunt tamen, qui ex prioribus Lutheri versionis editio-  
nibus, ubi a quibusdam ipse discessit, quas tamen alii meliores,  
quam eæ quæ postea substitutæ sunt, translationes locorum parti-  
cularium suisse credunt, in his novis & expolitis magis vel suo loco  
reponendas, vel posterioribus saltim quod magis placet adjungen-  
das censeant, e. gr. Versionem II. Sam : VII. 19. Ubi de Messia postre-  
mæ editiones tanquam Θεοπτώ agi innuunt, in vetustiori au-  
tem: Ach Herr Herr / erzeigst du al o gegen einen Menz-  
schen ? locus redditus erat, item Ephi. III, 15 & 19. Ubi hodie legi-  
mus über alles was da Kinder heiss ; & porro erkennen / daß  
Christum sieb haben viel besser denu alles wissen / olim vero  
Ipse verterat Lutherus über alles / was Vatter heiss & erken-

nen die Liebe Christi die doch alle Erkenntnuß übertrifft & si quæ sunt ex (a) Georgii Rorarii altera post fatione, & ipsorum Exemplorum collatione, quam Kraftius & Posseltus juvare & poterunt & adjuturos se publice polliciti sunt, cognoscenda alia. Qua quidem in re Dn. Diecmannum, Ecclesia nostra eam gratissime acceptante operam, habemus praeuntem, quippe quem antiquorem & Hebræa stricto pede consecutantem Psalmorum versionem a Lutherò olim factam, recentiori & usitata atque ad germanissimum magis attemperata in Bibliis, ut vocant, Stadensibus Lipsiæ quoque sed sine prefatione utilissima doctissimaque, quod dolendum, reculis subjunxisse & interposuisse novimus.

IX. Quæ cum ita sint, edifferendum tandem est, quis, si Textus servetur integer & haud immutatus, eo salvo, salvo etiam adjuvandi Lectorem cum literatum tum & eos, qui literis imbuti non sunt de corrigendis tamen aut rectius ex primendis Lutheri locis toties monentur, modus prudenter sine periculo confusionis & memoriae perturbandæ aut quovis alio offendiculo eligendus atque Ecclesiæ universæ proponendus sit. Hic igitur si, quod sentio, dicendum est, non videtur ullum ad finem obtainendum sapientiam memoriam commodius esse remedium, quam si tum aliis in locis, ubi germanorum idiomati satisfactus B. Lutherus a fontis Graciæ ac Hebrei constructione tantum ac verborum ordine recessit consilio laudatissimo, tum vel maxime, ubi sensum scriptoris S. non affectus a quibusdam perhibetur, (qua locorum differentia signis quibusdam facile nec incommodè indicari posset,) ipsius textus primogenii verba ordine verborum servato seu ad verbum, ut loquuntur, in margine sine explicatione ulteriori adscriberentur. Qua in re consentientem quodammodo nobiscum deprehendi, B. Aug. Pfeifferum; (b) quando enim Lutheri Versionem corrigendam esse non negat, sed non neminem (haud dubie B. Saubertum) carpens,

(a) Apud Franzium de Interpret Script, pag. 99. seqq. recusa.

(b) Critica S. Cap. XIII. Quæst. II.

carpens, quod Lutherum corrigere voluerit, ubi versio ejus vel defendi debebat vel excusari poterat, addit, satius fuisse, si correctio-nes in margine instar notarum addidisset, ne interpolaretur ipsa Versio, quod Lutherus toties sit deprecatus; omnia enim nos posse, sed non omnia expedire. Sed generaliter de marginalibus hujusmo-di notis tantum ab eo hæc monita esse cum sit manifestum, eum por-to defectum luculentiori exemplo & si non omni ex parte perfecto neque nœvis suis carente B. J. R. Hedingerum in Nov. Test. Stutgar-densi (ubi vero & Græci textus verbis nude redditis & ad marginem atque calcem rejeclis explicationes acceſſerunt maximam partem prætantissimæ) in V. autem Test. Jun. Tremell. Ben. Ar. Monta-num pluresque alios suppleviſſe obſervamus; ut adeo nec præ-uentium vestigia nobis deefſent, si viam iſthanc ſerio calcare ani-mus foret.

X. Diximus autem paullo ante, ad marginem esse reponendas has ad verbum in quibusdam locis factas versiones, non temere sed ideo, quia Lector alioqui ſedulus & in scripturis versatus impedi-mentum inter legendum ſentire & ſufflaminari quaſi ejus diligentia poſſet, hac vero ratione fieret ut commentarii potius vicem adver-tentibus & quaꝝ indigitata ſunt quaſi procul rimando accuratiuſ in-vestigare volentibus iſ præſtaret labor. Diximus ſecundo ſine explicatione hujusmodi notas & marginalia apponenda nobis vide-ri; eo, quod præjudicia alio modo facile creaſda evitari poſterunt, li-bertas autem contextum totum intimius perluſrandi atque inde de ſenſu loci certam convictionem obtinendi cuique videtur relin-qui: Id quod ſatius equidem putaverim fore quam iſ Textu Lutheri ſervato in explicatione diversa plane immo contraria Versioni ſen-tentia, quemadmodum in Celeberrimo quodam opere Bibl. aliquo-ties obſervavi faſtum eſſe, tradatur ac ſubſtituatur, quippe quod aperta aut apparente ſaltim contradictione Lectori insuperabilem ſcrupulum moovere poſſet de cauſa diſſenſus nullatenus admonito.

Signa

Signa denique ad hæc marginalia distincta consulto adiicienda putamus, eam nempe ob causam, ut communis factio[n]is loco sint Lectoribus, ubi de emphasi majori, & contra, ubi amplius de ipsa sententia, utrum recte Lutherus expesserit forte dubia, cogitare statim sine confusionis periculo, aut temporis detimento possit. Quemadmodum vero in ipso vestibulo de instituto hocce lector instruendus ac de sensu Spir. S. rite investigando iis, quæ Lutherus ipse commendavit adminiculis, monendus est, quod præfatione & introductione in totum opus loco Informatorii Biblici perspicue scripta & præmissa fieri potest ac debet; ita publica quoque Auctoritate ad negotium illud adhibendi mea quidem sententia non essent, nisi viri & Originalium linguarum & Vernacula nostræ juxta peritissimi quive in primis nossent ex insigni Germ. linguae facultate, quæ nam vocabula inter nos usitata Hebræis Græcisque exacte responderent, qua in re prope unius Coccej Lexicon ubi Belgica vocabula significantiora Latinis addita comparent utilitatem præstare aliquam poterit; cætera enim a nostris scripta hoc inter alios plures nævos defectu fere omnia laborant.

XI. Quod superest in mendis typographicis & similibus nœvis, ubi posteriores editiones a prioribus pro diversa correctorum cura & industria deslexerunt, porro ut pergant Viri seduli ad Diecmannianum & Prettenianum aliorumque exempla, omni modo omniq[ue] sollicitudine curandum ac svadendum fuerit; ita tamen ut & illud maximopere exoptemus fieri, ut quæ toto catalogo Prettenianis Bibliis præfixa sunt vocabula obsoleta & olim tantum Lutheri ævo, vel etiam nunc solis Saxonibus usitata ac frequentata, (qualia etiam non pauca apud Dn. Erankium in Observationibus Bibl. breviori indice exhibentur ac porro etiam plura in Bibl. Norib. non ita pridem in 8vo editis reperiuntur,) diverso charactere Textui, suo quæque loco, insererentur aut Saxoniorum in locum alia que in Germ. superiori, ut Franconia, Svevia

via &c. notiora sunt & in ore vulgi in his terris circumferuntur, substituerentur, quo inoffenso quasi pede Lector tanto facilius progredi atque ad sui idiomatis genium attemperata versione uti fruique posset.

XII. Ad postremum denique neque de nihilo fuerit, si & Canones de Linguarum sive formis seu idiotismis frequentiores & utiliores ad applicandas rectius indigitatas superius in margine ad verbum singulis locis expressas translationes aliorum, accedente & adminiculorum ex Hermenevticis reliquorum ope, sensus felicius investigandi gratia, maxime ubi dubium moveri queat, supra commendatae Isagogae Germanica itidem lingua cum exemplis clarioribus adjicerentur. Illud enim majorem profecto, ut spes est non incerta, afferet utilitatem & applicari ad scopum minori difficultate poterit subsidium, quam si Textus græcus cum germanico ad latus posito typis conjungatur impreffus, ut ad ipsos fontes, aut linguam certe græcam addiscendam mentemque Div. intimius ita perscrutandam exstimulerint etiam illi, qui inter Literatos numerari neque volunt neque solent, aut his saltem Eruditorum linguis operam rarius navant, quam spem B. Dn. Winklerum Hamburgens. concepisse ex præfixa præfatione Novi Testamenti, binis hisce linguis, dum vivet impensis, (quod & similis editio D. J.H. Maji comitata est,) & cura ejusdem publicati, intelligere licet, successu, quod sciam, expectationi haud respondentē.

XIII. Atque hæc sunt, quæ pro mea Ingenii imbecillitate in medium consulere vixum est, non quod existimem tam egregie excogitata hæc esse, ut meliora substitui illis non possint: Absit a me ea philavtiæ labes tenuitatis meæ mihi concio; multominus ut Dictatoria quasi potestate hæc sive universa Ecclesiæ, sive summis in ea viris & negotiorum publicorum curatoribus præscribamus aut obtrudamus? Nam Deo sint grates novi meo metiri mo-

O

dulo.

dulo. Neque denique, quod certo mihi persvadeam istæc consilia applausu omnium probanda, & opere ipso mox sine mora præstanta fore ac perficienda: Et enim quo successu pia multorum, de quibus alibi, Desideria sint adhuc expleta, ita nimurum, ut pene omnia intra voto etiamnum consistant & suspiria, constat inter omnes. Sed, ut ostenderem sciolis nostris alia præter novas versiones suppeterem & magis salutaria remedia, dummodo serio rem agere, qui possunt & valent, non abnuerent; tum etiam, ut, quæ Hieronymi est modestia, pelles & caprarum pilos pro auro atque argento ditiorum in sanctos templi Divini usus & nos humili mente, piaque pro Ecclesiæ commodis pro virili promovendis sollicitudine offerremus, quod etiam qualemunque Korban ut Deo gratum & Ecclesiæ utile sit, faxit Is,

Qui principium est rerum omnium &

## FINIS.



## CONSPECTUS CAPITUM,

## CAP. I.

**L**audatur Lutheri industria & eorum, qui de versione hâc commentati sunt, §. I. Singularia ejusdem studia prædicantur, §. II. Obrectatores, cum vindicibus nominantur, §. III. & IV. Inter amulos primus Emserus, §. V. Hunc secuti Dietenberger, §. VI. Eccius, Ulenbergius, Moguntini, §. VII. Ad Reformatos proceditur, nominatim versiones Tigurinam, Piscatoris, Belgicam, Polani N.T. §. VIII. Sequuntur editiones Reformatæ cum glossis Parci, Herbornensium, Toscani, Crypto-Calvinianorum Dresæ, de qua prolixius, §. IX. Socinianas, &c. Anabaptistarum translationes memorat, §. X. De N.T. Racoviensis distincte, §. XI. De Felbingeri simili labore, §. XII. Querele de Germanorum nuperis ac novis in Patria conatibus, sigillatim in Academ. Helmstadiensi & Hamburgi Actis, §. XIII. Inde progressus fit ad recentissimos Trilleri & Reizii labores, §. XIV. Post hac Seebachii atque Autoris Lib. Sap. & Syrac. fit mentio additiorationes eorum examinandi consilio, §. XV.

## CAP. II.

Disfudet novas versiones in genere §. I. Commendat prudenteriam Christianam & libertatis genuinum usum, §. II. Rationes dissensus indicat, §. III. Generaliter non esse necessarias, docet, §. IV. Sigillatum urget versionis Lutheri sufficientiam, §. V. Ab erroribus Dogmaticis immunitatem, §. VI. In ceteris emendationis libertatem modestam, §. VII. Non esse utilem sed periculosa mutationem demonstrat, §. VIII. Nominatim ob turbas metuendas, §. IX. Ob confusione periculum, §. X. Ob corruptelarum discrimen, §. XI. Ob adversariorum calumnias, §. XII. Hinc taxatur turpis Novatorum ingratitudo, §. XIII. Faustus, Allotrioëpiscopia &c. §. XIV. Clauditur Caput Speneri Testimonio, §. XV.

## CAP. III.

Destruit nominatis §. I. adversariis, Felgenhaueri calumniam de supposititia Lutheri vers. §. II. Additis novis Argumentis & origine fabule, §. III. Similis Simonii cavillatio de festinatione mimia Lutheri refellitur, §. IV. Ad accusationem Trilleri quasi authenticam redderemus nostram translationem, resp. §. V. & VI. Quaratio

(o)

tio sit errorum Lutheri, sigillatim Job. VII. 38. disquiritur, §. VII. Di-  
versitas autem aliarum ejusdem correctionum ostenditur, §. VIII.  
Ad objectam ab ipso Lutheru datam emendationis veniam respon-  
detur, §. IX. Retzii consilia deteguntur, §. X. Ad consensum Theolo-  
gorum & Cocceji provocanti resp. §. XI. Et phrasibus Spiritus S.  
in berere jubenti, §. XII. Seebachio Num. XII. 29. all. aliisque locis sa-  
tis factum, §. XIII. Quid momenti huc afferat Recognitio versionis  
a Lutheru & Collegis suscep ta, ubi & de loco I. Job. V. 7., spectatur,  
§. XIV. Exempla Anglorum, Belgarum, Danorum considerantur, §. XV.  
Loca Col III 16 Phil. I 18. &c. expenduntur, §. XVI. Denique admi-  
nicularum philologicorum hac nostra præ Lutheri etate major cul-  
tura, quomodo huc faciat monstratur, §. ult.

#### CAP. IV.

De Consilii circumspiciendum esse monetur, §. I. Quomodo  
novis versionibus sive editis sive occurrentibus docetur, §. II.  
Et nostram emendandam esse non negatur, §. III. Sed periculo non  
carere, §. IV. Scrutinium autem omnibus commendatum id poscere,  
§. V. Non unius esse, sed totius Ecclesie hanc recognitionem, §. VI.  
Hinc Collegio alicui Eruditorum eam commendandam esse, §. VII. atque  
Modus denique generatim exponitur, §. VIII. Definita vero de mar-  
ginali locorum quorundam ad verbum versione agitur, §. IX. Cujus  
Consilii rationes explicantur, §. X. Typographicamenda porro ut tol-  
lantur & vocabula usitata inusitatis ut addantur, suadetur, §. XI.  
Similiter ut canones de linguarum Idiotismis premittantur, con-  
silium datur, §. XII. Et §. XIII. denique scopo Auctoris indi-  
cato, FINIS imponitur.

#### Sphalmata Typographica.

P. 1. l. 19. del. (.) pag. 3. l. 19. leg. antiquioribus; p. 4. l. 16. leg. foro  
b. lin. penult. leg. à p. 5. l. 20. leg. atque p. 8. l. 28. & 29. leg. reliquo & in-  
ter p. 11. l. 3. leg. Electoris p. 19. l. 3. leg. obierat & p. 15. l. 4. add. lectu p.  
17. l. 29. add. notis p. 19. l. 2. leg. defuerunt. p. 91. l. 4. leg. quibus cum p.  
23. l. 16. leg. qui p. 24. l. 1. leg. At p. 30. l. 4. leg. exscripta p. 34. l. 15.  
leg. Ecclesiis l. 25. leg. *me bēdōr* p. 40. l. 20. & 21. leg. nisi, immurandis &  
lin. penult. Divine p. 41. l. 17. leg. quorundam p. 44. l. 18. leg. ad quam p.  
49. l. 17. leg. defectu p. 52. l. 18. leg. iniquissimus. p. 53. l. 7. leg. ac. p. 63.  
l. 20. leg. toto & l. 27. leg. editionem & ult leg. translationis p. 64. l. 8. add.  
bat p. 65. l. penult. leg. sententia p. 70. l. 4. add. arcans p. 77. l. 31. leg.  
s. p. 80. l. 26. leg. exiguum, p. 37. l. 1. leg. quædam p. 50. l. 32. add. Friderico.

(o)

99 A 6827

ULB Halle  
002 546 191

3



5b.

VD17



B.I.G.



Q. D. B. V.  
DISSERTATIO THEOLOGICA  
*De*  
NOVIS BIBLIORUM  
VERSIONIBUS  
GERMANICIS  
NON TEMERE  
VULGANDIS  
C. E. Trilleri & J. H. Reizii  
rationes potissimum sub examen vocans  
*ex auctoritate & consensu*  
*MAXIME VENERANDI*  
COLLEGII THEOLOGICI  
PRO LIGENTIA  
IMPETRANDI PRIVILEGIA DOCTORALIA  
Publicæ Disquisitioni  
*in*  
ALMA NORIBERGENSIS ALTDORFINA  
*d. XII. Aprilis*  
*exposita*  
GUSTAVO GEORGIO ZELTNER  
S. Theol. & LL. OO. Prof. Publ. Ord. Altdorf.  
ac V. D. M.

ALTDORFI  
LITERIS JODOCI WILHELMI KOHLESII,  
A.C. MDCCVII. *uf*